G. SALLUSTI CRISPI

DE CATILINAE CONIURATIONE

DE BELLO IUGURTHINO

LIBRI.

SCHULAUSGABE MIT ANMERKUNGEN

VON

KARL KAPPES.

I

DE CATILINAE CONIURATIONE LIBER.

PADERBORN UND MÜNSTER.
DRUCK UND VERLAG VON FERDINAND SCHÖNINGH.
1885.

VORWORT.

Die Geſichtspunkte, welche ich im Vorwort zum erſten Heft meiner Schulausgabe der Aeneide als maßgebend für eine zum Gebrauch für Schüler beſtimmte Ausgabe bezeichnet habe, ſind inzwiſchen mehrfach zur Geltung gekommen, wenn auch die methodiſche Ausführung im einzelnen eine verſchiedene iſt. Je mehr das Bedürfnis Anerkennung findet, daß die Beſchäftigung mit den alten Klaſſikern in der Schule vielmehr in das Leben des Altertums einführen, als die formale Seite der Darſtellung als Ausgangspunkt und Endziel auffaſſen müſſe, wenn die Schule ein Verſtändnis der hiſtoriſchen Entwickelung aus dem alten Zeitalter heraus vermitteln und nicht mit dem mächtigen Geiſt unſerer Zeit in Widerſpruch geraten ſoll: deſto mehr wird es nötig, daß die Lektüre der Schulklaſſiker eine bis zu einem gewiſſen Grade umfängliche ſei, ohne daß einerſeits der Oberflächlichkeit der Schüler gedient und die übrigens leider häufig zum Schlagwort mißbrauchte formale Bildung geſchädigt, andererſeits die jugendliche Kraft überbürdet werde. Text und Wörterbuch verſagen die hiezu nötige Aushilfe für die Präparation des Schülers; er greift zu der Überſetzung und wird dadurch erſt recht zur Oberflächlichkeit und Ungenauigkeit verleitet. Denn die wenigſten Schüler laſſen es ſich angelegen sein von der Überſetzung einen vernünftigen Gebrauch zu machen; und nicht ſelten fehlt es auch im Unterricht ſelbſt an dem richtigen Korrektiv gegen den Mißbrauch einer Überſetzung. Zweck der für den Schüler beſtimmten Ausgabe iſt, daß dieſer manches als ſchon erfaßt und verſtanden aus der Vorbereitung mit in die Schule bringen könne, was ohne vorausgegangene Hilfeleiſtung nicht wenige Zeit des Unterrichts erfordern müßte. Dabei den Schüler in friſcher Selbſtthätigkeit zu erhalten, bleibt Aufgabe des ſachverſtändigen und jugendkundigen Lehrers. Denn dem lebendigen Unterricht fällt immerhin die Hauptaufgabe zu.

Im einzelnen ſei erwähnt, daß ein Eingehen auf beſondere ſtiliſtiſche und rhetoriſche Formen als nicht zu der Präparation des Schülers gehörig, als diese vielmehr hindernd und erſchwerend und dem Unterricht vorgreifend ausgeſchloſſen worden iſt. Verweiſungen auf andere Schriftſteller, ſelbſt wenn dieſe Schulſchriftſteller ſind, oder ausgeſchriebene, aus dem Zuſammenhang

gelöſte Stellen werden in der Regel vom Schüler übergangen. Er kann ſie ja nicht geläufig wie der Lehrer leſen und verſtehen und muß ſie ſelbſt erſt präparieren. Dagegen verdienen die logiſche Verbindung der Perioden, ſowie das ſachliche Verſtändnis und die richtige Überſetzung ſchwieriger Stellen ſchon für die Vorbereitung des Schülers alle Beachtung. Manches ſcheint ja gerade bei Salluſt nicht ſchwer und iſt doch bezüglich einer zutreffenden Übersetzung recht ſchwer. Über das Zuviel und Zuwenig wird es auch hier verſchiedene Anſichten geben. Man wird aber nicht vergeſſen dürfen, daß der Unterricht ſich nicht vorwiegend mit hervorragenden Talenten, ſondern durchſchnittlich nur mit einem Mittelſchlag zu beſchäftigen hat. Der Text ſchließt sich an die handſchriftlichen Überlieferungen an. Bei ſchwierigen und wie Jug. 62. 5 geradezu verzweifelten oder, wie Jug. 85. 41., unſern Anſchauungen nicht entſprechenden Stellen mußte die Rückſicht auf das ſachliche Verſtändnis und das ſittliche Gefühl des Schülers entſcheiden. Eine Einleitung über Leben und Werke des Schriftſtellers hat philologischen Wert, der Schüler lieſt ſie nicht. Das Nötigſte wird am beſten der Lehrer geben, wie ja auch dieſem alles zu überlaſſen iſt, was nicht unmittelbar die Vorbereitung des Schülers für den Unterricht erleichtert und damit dem Unterricht vorarbeitet. Unſere Schulausgaben ſind mehrfach eine Miſchung von Lehrer- und Schülerausgaben geworden. Beide Rückſichten laſſen ſich nicht vereinen. Für eine in erſter Linie zum Gebrauch des Schülers beſtimmte Ausgabe iſt die Einſchränkung nötig, aus der Fülle des Stoffes nur das herauszuheben, was als notwendig und geeignet für die Faſſungskraft des Schülers, für welchen ja die Beſchäftigung mit der alten Sprache nicht Selbſtzweck, ſondern nur Mittel zum Zweck iſt, zu wirklichem Nutzen für Schüler und Schule verwertet werden kann. Daß dieſe Arbeit ſchwieriger iſt, als umfaſſende Kommentare anzulegen, wird dem billigen Kenner nicht zweifelhaft ſein. Vielleicht findet ſich auch da und dort noch ein Körnlein, das auch der angehende Lehrer für ſich verwerten kann. Jede der Sache dienende Belehrung werde ich dankbar annehmen.

Zugleich mit dieſer Ausgabe hat die Verlagshandlung eine Textausgabe ohne Anmerkungen veranſtaltet.

Karlsruhe, 25. Juli 1885.

Karl Kappes.

C. SALLUSTI CRISPI

DE CATILINAE CONIURATIONE LIBER.

Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, 1
summa ope niti decet ne vitam silentio transeant veluti pecora,
quae natura prona atque ventri oboedientia finxit. sed nostra 2
omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis
servitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis
commune est. quo mihi rectius esse videtur ingeni quam virium 3
opibus gloriam quaerere et, quoniam vita ipsa qua fruimur brevis
est, memoriam nostri quam maxume longam efficere. nam divi- 4
tiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeterna-
que habetur.

Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis 5
an virtute animi res militaris magis procederet. nam et prius 6
quam incipias consulto et ubi consulueris mature facto opus
est. ita utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget. 7

1—4. Einleitung.

1. 1. *sese student praestare.* Bisweilen ſteht bei *studere*, ſtreben, der Acc. c. Inf., um die Perſon des Strebenden hervorzuheben. — *ceteris animalibus*, allem was lebt.

2. *sed,* Gegenſatz zu *prona et oboedientia.* „Liegt ja unſer ganzes Weſen“ etc. — *animi — utimur*, mehr des Geiſtes Herrschaft, mehr des Leibes Dienst brauchen wir. — *alterum,* d. i. *animi imperio uti.*

3. *quo* = *et eo,* und deshalb. — *ingeni*, entſpricht *animi.* — *opes,* Mittel. — *ipsa* an und für ſich, ſo wie es iſt. — *quaerere et efficere,* zu ſuchen und dadurch zu machen.

4. *nam,* begründend zu *et efficere.* — *forma,* Schönheit. — *habetur,* iſt ein Beſitz.

5. *sed,* Übergang vom allgemeinen zum beſondern, hier zu dem Kriegswesen.

6. *consulto, mature facto,* ſubſtantivierte Partizipien.

7. *utrumque,* eines wie das andere, Rat und That, *per se indigens,* für sich allein unvollkommen.

2 igitur initio reges — nam in terris nomen imperi id primum fuit
— divorsi pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum vita
hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant.
2 postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athe-
nienses coepere urbis atque nationes subigere, lubidinem domi-
nandi causam belli habere, maxumam gloriam in maxumo imperio
putare, tum demum periculo atque negotiis compertum est in
3 bello plurumum ingenium posse. quodsi regum atque imperatorum
animi virtus in pace ita ut in bello valeret, aequabilius atque
constantius sese res humanae haberent, neque aliud alio ferri neque
4 mutari ac misceri omnia cerneres. nam imperium facile eis
5 artibus retinetur, quibus initio partum est. verum ubi pro labore
desidia, pro continentia et aequitate lubido atque superbia inva-
6 sere, fortuna simul cum moribus immutatur. ita imperium semper
ad optumum quemque a minus bono transfertur.
7 Quae homines arant navigant aedificant, virtuti omnia parent.
8 sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique

---

2. 1. *igitur,* Übergang vom allgemeinen zum beſondern. — *in terris,* allenthalben in den verſchiedenen Ländern = auf Erden. — *imperium,* Regierungsgewalt. — *divorsi* nach verſchiedenen Richtungen, wird erklärt durch *ingenium, corpus exercebant.* — *etiam tum* — *placebant,* die Verhältniſſe geſtatteten damals noch die bezeichnete Einſeitigkeit. — *vitam agitare (agere),* das Leben hinbringen.

2. *urbis atque nationes,* Städte und ganze Stämme. — *negotia,* Unternehmungen, das Losſagen vom *otium.*

3. *quodsi,* in Beziehung auf dieses wenn, nämlich auf *in bello plurumum ingenium posse.* Wenn also ebenso im Frieden wie im Kriege etc. So ſteht das Relativum neutr. als Accuſativ der Beziehung in Verbindung mit Konjunktionen, um das Folgende in einem innern Zuſammenhang mit dem Vorhergehenden darzuſtellen. — *imperatores,* Erweiterung von *regum,* Machthaber. — *aliud alio ferri,* Gegenſatz zu *aequabilius atque constantius sese res humanae haberent,* wohl mitbezug auf den Wechſel der oberſten Gewalten, womit große Bewegungen verbunden ſind (daher der erklärende Zuſatz *neque — cerneres*).

4. *eis artibus,* was vorher *animi virtus,* alſo Mittel des Geiſtes.

5. *ubi,* da wo, = wenn einmal. — *fortuna,* die äußere Lage.

6. *ita* weiſt auf *cum moribus* hin.

7. *quae homines arant etc.* Übergang von den öffentlichen auf die Privatverhältniſſe. — *arant, navigant, aedificant,* drei Hauptthätigkeiten der Zeit des Schriftſtellers. Was die Menſchen mit ihrem Pflügen, Seefahren, (Handeltreiben), Bauen thun, alles iſt von der geiſtig-ſittlichen Tüchtigkeit *(virtus)* abhängig. —

8. *indocti incultique,* an Geiſt und

vitam sicuti peregrinantes transegere: quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mortemque iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. verum enim- 9
vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.
sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. pulchrum 3
est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est: vel pace vel bello clarum fieri licet. et qui fecere et qui
facta aliorum scripsere, multi laudantur. ac mihi quidem, tametsi 2
haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere; primum quod facta dictis exaequanda sunt, dehinc quia plerique quae delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit.

Sed ego adulescentulus initio sicuti plerique studio ad rem 3
publicam latus sum, ibique mihi multa advorsa fuere. nam pro

Herz verwahrloſt. — *sicuti peregrinantes*, das Leben blieb für ſie eine Fremde, weil ſie es nicht in ſeinem wahren Werte erfaßt hatten. — *quibus profecto,* und dieſen allerdings. — *anima,* der Lebenshauch, der Atem, dann = das phyſiſche Leben.

9. *verum enimvero,* denn wirklich in Wahrheit. Dieſe pleonaſtiſche Partikel ſchließt hier bekräftigend und erläuternd an *vitam mortemque iuxta aestumo* an. — *vivere,* (wahrhaft) leben. — *intentus negotio aliquo,* durch irgend eine Lebensbeſchäftigung ganz in Anſpruch genommen. — *praeclari facinoris,* im öffentlichen Leben, in Krieg oder Frieden, *artis bonae,* in Wiſſenſchaft oder Kunſt. — *rerum* mitbezug auf *praeclari facinoris* u. *bonae artis,* der Lebensbeſchäftigungen oder der Gebiete, wo man thätig ſein kann. — *sed-ostendit* enthält das Verbindungsglied zu den Aufzählungen der einzelnen Beſchäftigungen im folgenden Kapitel.

3. 1. *bene facere rei publicae, bene dicere,* wie oben, *praeclari facinoris* und *artis bonae fama.* — *et* — *multi laudantur,* ſowohl deren, welche Thaten ausgeführt, als deren, welche ... werden viele mit Lob genannt (ein gewöhnlicher Germanismus).

2. *dictis exaequare,* mit Worten getreu wiedergeben.— *quae reprehenderis* =*si quae reprehenderis;* ebenſo iſt an dem relativen *ubi memores* das Bedingungsverhältnis für den Konjunktiv maßgebend (*ubi* = wenn irgend wo). — *accipit, ducit* mit dem Subjekt *quisque* neben *plerique putant* noch zu *quia.* — *supra ea,* was darüber iſt.

3. *sed,* Übergang von dem allgemeinen auf die Perſon des Schriftſtellers. — *studio,* aus perſönlicher Neigung. — *latus sum,* bin hingeführt worden. — *advorsa,* zuwider. —

pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, largitio, avaritia
4 vigebant. quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum
artium, tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta
5 tenebatur: ac me cum ab reliquis malis moribus dissentirem,
nihilo minus honoris cupido, eadem quae ceteros fama atque
4 invidia vexabat. igitur ubi animus ex multis miseriis atque peri-
culis requievit et mihi reliquam aetatem a re publica procul
habendam decrevi, non fuit consilium socordia atque desidia bonum
otium conterere, neque vero agrum colundo aut venando servi-
2 libus officiis intentum aetatem agere; sed a quo incepto studioque
me ambitio mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas
populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur,
perscribere; eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus rei pub-
3 licae animus liber erat. igitur de Catilinae coniuratione quam
4 verissume potero paucis absolvam: nam id facinus in primis ego
5 memorabile existumo sceleris atque periculi novitate. de cuius
hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium nar-
randi faciam.

5 L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et

---

pudor, die Scheu, Unrecht zu thun, *audacia*, Keckheit, alles zu thun; *abstinentia*, Enthaltſamkeit, Mäßigung, *largitio*, Verſchwendung (beſonders in der Gewinnung politiſcher Parteigänger und Ämter); *virtus*, Mannestugend, Manneskraft, *avaritia*, ſklaviſche Habſucht.

4. *animus*, mein Sinn, mein Weſen. — *insolens malarum artium*, mitbezug auf *multa advorsa fuere*. — *corrupta tenebatur*, ließ ſich verderben und feſthalten. — *ambitio*, Sucht nach Ehrenſtellen.

5. *eadem quae ceteros fama vexabat*, ich wollte, wie die übrigen, daß die Leute von mir redeten; *invidia*, ich war neidiſch, wenn ich einen andern mir vorgezogen glaubte.

4. 1. *igitur*, ſo kam es, daß ich mich ruhebedürftig fühlte und als die Ruhe eingetreten war. — *neque vero*, aber auch nicht. — *servilibus officiis*. Zu Salluſts Zeit arbeiteten die reichen Herren nicht mehr auf dem Felde.

2. *eodem regressus* läßt annehmen, daß Salluſt, ſchon bevor er ins öffentliche Leben eintrat, die Abſicht hatte, den Wiſſenſchaften ſich zu widmen. *carptim (carpere)*, in einzelnen herausgehobenen Abſchnitten. — *spes*, Hoffnung auf Gewinn im Staate, *metus*, Furcht vor Gefahren aus dem Staate, *partes*, zuſammenfaſſend das Parteitreiben, in welchem *spes* und *metus* ihren Platz haben. Salluſt iſt vollſtändig frei davon und kann daher der geſchichtlichen Wahrheit ganz die Ehre geben.

4. *facinus*, böſe That, Unthat. — *novitas*, Neuheit, auch Ungeheuerlichkeit.

5. Charakteriſtik Catilinas.

5. 1. *vis animi et corporis*, die Geiſtes- und Körperkraft, *ingenium*,

corporis sed ingenio malo pravoque. huic ab adulescentia bella 2
intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique
iuventutem suam exercuit. corpus patiens inediae, algoris, vigiliae 3
supra quam cuiquam credibile est. animus audax subdolus varius, 4
cuius rei lubet simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui pro-
fusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum.
vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. 5
hunc post dominationem L. Sullae lubido maxuma invaserat rei 6
publicae capiundae, neque id quibus modis assequeretur, dum
sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. agitabatur magis 7
magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia
scelerum, quae utraque eis artibus auxerat, quas supra memoravi.
incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac 8
divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus 9
admonuit, supra repetere ac paucis instituta maiorum domi mili-
tiaeque, quo modo rem publicam habuerint quantamque reliquerint, ut paulatim immutata ex pulcherruma atque optuma pessuma ac flagitiosissuma facta sit, disserere.

Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere 6
initio Troiani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis vaga-

---

das angeborene Weſen in verſchiedener Beziehung, hier Charakter, wie er ſich von Jugend auf äußerte.

4. *varius*, unbeſtändig. — *simulator ac dissimulator*, Heuchler und Hehler in jeder beliebigen Sache. *simulare*, heucheln, was nicht iſt, *dissimulare*, verhehlen, was iſt.

5. *vastus animus*, ſein wüſter Sinn.

6. *neque quicquam pensi habebat*, er hatte nichts Abgewogenes, kannte keine Rückſicht.

7. *quae utraque*, bezieht ſich auf *inopia* und *conscientia*. — *supra*, eben; vgl. § 4. 5.

8. *praeterea*, außer der perſönlichen Schlechtigkeit.

9. *quoniam*, weil denn doch. — *tempus*, der vorliegende Zeitabſchnitt. — *supra repetere*, weiter ausholen. — *quo modo — habuerint*, wie, in welcher Weiſe ſie in Beſitz gehabt haben, erhält ſeine Ergänzung in *quantamque reliquerint*. Gegenſatz zu dieſer guten alten Zeit iſt *ut — facta sit*.

6—13. Rückblick auf die vergangene Zeit.

1. Königszeit (6). **2. Die Zeit der Republik bis zum Ende der puniſchen Kriege** (7—9). **3. Die Zeit vom Untergang Karthagos bis Sulla** (10—13).

6. 1. *sedibus incertis*, deutet auf die in der Sage erzählten Irrfahrten

bantur, cumque eis Aborigines, genus hominum agreste, sine legi-
2 bus sine imperio, liberum atque solutum. hi postquam in una
moenia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alii alio more
viventes, incredibile memoratu est quam facile coaluerint: ita brevi
3 multitudo dispersa atque vaga concordia civitas facta erat. sed
postquam res eorum civibus moribus agris aucta, satis prospera
satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur,
4 invidia ex opulentia orta est. igitur reges populique finitumi
bello temptare, pauci ex amicis auxilio esse: nam ceteri metu
5 perculsi a periculis aberant. et Romani domi militiaeque intenti
festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem
patriam parentisque armis tegere. post ubi pericula virtute pro-
pulerant, sociis atque amicis auxilia portabant, magisque dandis
6 quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. imperium legitumum,
nomen imperi regium habebant. delecti, quibus corpus annis infir-
mum, ingenium sapientia validum erat, rei publicae consultabant:
7 ei vel aetate vel curae similitudine patres appellabantur. post ubi
regium imperium, quod initio conservandae libertatis atque augen-
dae rei publicae fuerat, in superbiam dominationemque se con-
vortit, immutato more annua imperia binosque imperatores sibi

---

hin. — *genus agreste,* ein noch rohes, nur Landbau treibendes Volk, wird erläutert durch die folgenden Attribute. — *liberum atque solutum,* Folge von *sine legibus sine imperio.*

2. *moenia,* Mauern und die durch dieſelben geſchützte Stadt, hier Rom. — *alii alio more viventes,* es waren zwei verſchiedene Nationalitäten. — *vaga,* wie *incertis sedibus vagabatur.* — *dispersa,* als ländliches auf den Feldern zerſtreutes Volk. — *civitas,* eine geſchloſſene Bürgerſchaft.

3. *postquam videbatur.* Bisweilen wird *postquam* mit dem Imperfekt verbunden, um den durch *postquam* bezeichneten Eintritt eines Zuſtandes als dauernd in der Vergangenheit hervorzuheben. Ähnlich im Deutſchen bei „nachdem.“ — *civibus moribus agris,* Bürgerzahl, Geſittung und Ordnung, Erweiterung des Gebietes. — *sicuti pleraque mortalium habentur,* wie die meiſten Dinge der Sterblichen beſeſſen werden, d. i. wie es meiſt in dem Beſitztum der Menſchen geht. — *invidia,* vonſeiten der benachbarten Völker. — *ex opulentia,* der Römer.

5. *intenti,* ohne Objekt, angeſpannt, wachſam. — *parare,* tranſitive Verba werden in der lebhaften Darſtellung häufig wie intranſitive ohne Objekt gebraucht; ſo auch „rüſten“.

7. *conservandae libertatis,* eine Art von Eigenſchaftsgenetiv. Die Königsherrſchaft hatte die Eigenſchaft, die Freiheit zu bewahren. — *superbia,* die Geſinnung, *dominatio,* die Überführung der Geſinnung in die That. — *more,* hier Einrichtung in der Staatsordnung. — *imperatores,* Gewalthaber.

fecere: eo modo minume posse putabant per licentiam insolescere
animum humanum.

Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere magis- 7
que ingenium in promptu habere. nam regibus boni quam mali 2
suspectiores sunt semperque eis aliena virtus formidulosa est.
sed civitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum brevi 3
creverit: tanta cupido gloriae incesserat. iam primum iuventus, 4
simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usum militiae
discebat magisque in decoris armis et militaribus equis quam in
scortis atque conviviis lubidinem habebant. igitur talibus viris 5
non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non
armatus hostis formidulosus: virtus omnia domuerat. sed gloriae 6
maxumum certamen inter ipsos erat: se quisque hostem ferire,
murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat;
eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant.
laudis avidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem, divitias
honestas volebant. memorare possem quibus in locis maxumas ho- 7
stium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbis natura
munitas pugnando ceperit, ni ea res longius nos ab incepto traheret.

---

7. 1. *ea tempestate*, in dieſer bewegten Zeit, nachdem eine neue Staatsregierung eingetreten war, wo einem jeden einzelnen mehr Gelegenheit gegeben war, ſich zur Geltung zu bringen (*in promptu habere*).

2. *aliena virtus*, Tüchtigkeit der andern; ſo *alienus* ganz gewöhnlich ſtatt *alius*.

3. *adepta libertate.* Die Deponentia erſcheinen in der ältern Sprache, die Salluſt nachahmt, noch als Paſſiva. — *incesserat*, hier intranſitiv, „war eingetreten“.

4. *iam primum*, fürs erſte nun, leitet die Aufzählung der Umſtände ein, durch welche der Staat in kurzer Zeit ſo ſehr wuchs. — *in castris*, draußen im Feld. — *quam in scortis atque conviviis*, Hinweiſung auf die Zeit der verderbten Republik. —

5. *asper aut arduus*, rauh oder ſteil, hier = hart oder ſchwer. — *virtus*, die Kraft des Mannes, wie ſie in der Jugendübung geſtählt worden war.

6. *sed gloriae.* Ein Ruhm war es, vermittelſt dieſer Tüchtigkeit jeder Gefahr, jedem Feind zu trotzen. Aber am größten war der Wettſtreit um den Ruhm unter den Bürgern ſelbſt. Nicht den Feind erſchlagen zu haben, ſondern ſich als den erſten unter den Mitbürgern gezeigt zu haben, das war der größte Wettſtreit. Daher die Hervorhebung der Perſon, im Acc. c. Inf. durch *se* nach *properabat*. Vgl. 1. 1. — *divitias honestas*, Reichtum in Ehren, ehrbaren Reichtum, im Gegenſatz zu dem Reichtum 5, 8.

7. *quibus in locis.* Ich könnte die einzelnen Orte aufzählen, wo etc. — *pugnando*, im Sturm, mit Überwindung der natürlichen Befeſtigung.

8 Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas
2 ex lubidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. Athenien-
sium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae magnificaeque
3 fuere, verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. sed
quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem
4 Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. ita eorum qui [ea]
fecere virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere
5 praeclara ingenia. at populo Romano numquam ea copia fuit,
quia prudentissumus quisque maxume negotiosus erat: ingenium
nemo sine corpore exercebat; optumus quisque facere quam dicere,
sua ab aliis bene facta laudari quam ipse aliorum narrare malebat.
9 igitur domi militiaeque boni mores colebantur: concordia maxuma,
minuma avaritia erat, ius bonumque apud eos non legibus magis
2 quam natura valebat. iurgia discordias simultates cum hostibus
exercebant, cives cum civibus de virtute certabant. in suppliciis

---

pugnare ſteht hier nicht ſtatt *expugnare*, ſondern als Gegenſatz zu *munire*. Der Schutz der Natur wurde durch den Kampf der Kraft überwunden.

8. 1. *sed profecto*, aber in der That, führt hier einen gewiſſen Gegenſatz zu dem vorangehenden ein, daß nämlich nicht, wie in Athen, ſo auch in Rom den Thaten die Schriftſteller zur Seite ſtanden, welche das Lob derſelben verbreiteten. Der Zufall, der in allem herrſcht, wollte es hier, daß nicht auch ſofort Geſchichtſchreiber auftraten. — *ex vero*, Gegenſatz *ex lubidine*, nach dem wirklichen Sachverhalt.

2. *satis*, recht. — *fama feruntur*, durch rühmendes Weiterſagen überliefert, d. i. geprieſen, gerühmt werden.

3. *pro maximis*, an der Stelle, wie, als die größten.

4. *ita — ingenia*, Schlußfolgerung aus dem Beiſpiel der Athener.

5. *at*, führt den ſcharfen Gegenſatz der Römer gegenüber den Athenern ein. — *ea copia*. Das demonſtrative Pronomen ſteht häufig in Übereinſtimmung mit dem Nomen ſtatt eines Genetivs, hier = *eorum scriptorum*. Die alte Republik hatte noch keine Geſchichtſchreiber. — *prudentissimus*, der umſichtsvollſte; *negotiosus*, ohne *otium*, d. i. das Fernſein von den öffentlichen Angelegenheiten. Jede nicht unmittelbar dem Staate gewidmete Thätigkeit galt dem Römer der alten Zeit als *otium*. Je mehr ſich aber der Bürger an den öffentlichen Angelegenheiten beteiligte, deſto weniger blieb ihm Zeit zu der geiſtigen Arbeit der Muße. Und wenn er ſich durch ſeinen Geiſt auszeichnete, ſo war die Pflege desſelben nicht die einzige Aufgabe (*ingenium nemo sine corpore exercebat*), er trat mit demſelben in den Dienſt des Staates durch Thaten.

9. 1. *igitur*, ſo war denn der Zuſtand der, daß; demgemäß wurden etc. — *ius*, das geſetzliche Recht, *bonum*, das Sittlichgute.

2. *cum civibus*, mit einander, muß aber hier wegen des Gegenſatzes zu *cum hostibus* vorangeſtellt werden. — *supplicia*, eigentlich = *suppli-*

deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. duabus 3
his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate seque
remque publicam curabant. quarum rerum ego maxuma docu- 4
menta haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos,
qui contra imperium in hostem pugnaverant quique tardius revo-
cati proelio excesserant, quam qui signa relinquere aut pulsi loco
cedere ausi erant; in pace vero, quod beneficiis magis quam 5
metu imperium agitabant, et accepta iniuria ignoscere quam per-
sequi malebant.

Sed ubi labore atque iustitia res publica crevit, reges magni **10**
bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti, Car-
thago aemula imperi Romani ab stirpe interiit, cuncta maria
terraeque patebant: saevire fortuna ac miscere omnia coepit. qui 2
labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant,
eis otium divitiae, optanda alias, oneri miseriaeque fuere. igitur 3
primo pecuniae, deinde imperi cupido crevit; ea quasi materies
omnium malorum fuere. namque avaritia fidem probitatem ceteras- 4
que artis bonas subvortit; pro his superbiam, crudelitatem, deos
neglegere, omnia venalia habere edocuit. ambitio multos mortalis 5
falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore aliud in lingua promp-

---

cationes, Bittfeſte, hier allgemein Götterfeſte.

3. *artibus,* Eigenſchaften. Dieſe zwei Eigenſchaften waren es, mit welchen ſie ihre Sorge bethätigten *(curabant).*

4. *quarum rerum,* für die beiden Erſcheinungen oder Thatſachen, die Übung der Kühnheit im Kriege und Billigkeit im Frieden. — *documenta haec habeo,* ich habe, kann aufweiſen die Beweiſe darin, daß. — *quod saepius vindicatum est,* daß es öfters vorkam, daß man. — *imperium agitare,* die Herrſchaft üben.

10. 1. *ubi patebant,* wie *postquam* mit dem Imperfekt, vgl. 6, 3. Neben den Perfekten *domiti, subacti, periit,* durch welche das Eintreten der Ereigniſſe erzählt wird, hebt das Imperfekt den infolge derſelben eingetretenen und fortdauernden Zuſtand hervor. — *fortuna,* das Geſchick.

2. *qui = nam (eis) qui.* — *otium,* hier das Freiſein vom Krieg. Vgl. 8, 5. — *oneri,* ſie konnten ſich darin nicht zurecht finden und gerieten daher auf Abwege *(igitur.).*

3. *primo — deinde,* in erſter Linie, dann, giebt hier nicht eine zeitliche Reihenfolge, als ob der eine Fehler erſt nach dem andern eingetreten wäre, ſondern nur eine Aufzählung der Fehler, die mit einander ſich einſtellten; daher *deinde,* dann aber auch, *primo,* vor allem. — *ea,* dieſe beiden Fehler.

4. *subvortit,* hat untergraben. Die Verſchlechterung erfolgte nicht plötzlich, ſondern ſteigerte ſich allmählich, bis dem Gelde alles feil war.

5. *subegit,* nicht einfach = *coegit.*

tum habere, amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo
6 aestumare magisque voltum quam ingenium bonum habere. haec
primo paulatim crescere, interdum vindicari; post ubi contagio
quasi pestilentia invasit, civitas immutata, imperium ex iustis-
11 sumo atque optumo crudele intolerandumque factum. sed primo
magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat, quod
2 tamen vitium propius virtutem erat. nam gloriam honorem
imperium bonus et ignavus aeque sibi exoptant; sed ille vera
via nititur, huic quia bonae artes desunt, dolis atque fallaciis
3 contendit. avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens
concupivit; ea quasi venenis malis imbuta corpus animumque
virilem effeminat, semper infinita insatiabilis est, neque copia neque
4 inopia minuitur. sed postquam L. Sulla armis recepta re publica
bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes, trahere, domum
alius alius agros cupere, neque modum neque modestiam victores

---

Die Begierde nach Stellen und Macht hat ſchon viele ſo unter ihre Gewalt gebracht, daß ſie alle Ehrlichkeit preisgaben *(falsos fieri)*. — *magisque voltum quam ingenium*, mehr ein gutes Geſicht, als ein gutes Herz.

6. *haec*, die *ambitio*. — *paulatim*, nur allmählich. — *vindicari*, es wurde gegen die *ambitio* noch eingeſchritten, ſofern ſie zu ſchlechten Mitteln griff.

11. 1. *sed*, trennt ab, hebt hier hervor, daß bei der Verſchlechterung der Sitten zunächſt doch noch der Fehler hauptſächlich Platz griff, welcher, richtig gezügelt, auch noch zu Gutem führen kann. — *primo magis ambitio — exercebat* iſt kein Widerſpruch zu 3: *primo pecuniae, deinde imperi cupido crevit.* An letzterer Stelle wird hervorgehoben, wie nach der Zerſtörung von Karthago Habſucht und Strebertum eintraten. Dieſe allgemeine Angabe wird aber einigermaßen eingeſchränkt durch den Zuſatz *sed — exercebat.* Von den beiden Fehlern, welche eingeriſſen waren, machte ſich in öffentlichen Angelegenheiten doch zunächſt und hauptſächlich die *ambitio*, die Ämterſucht aus Ehrſucht, geltend. Erſt durch und nach Sulla war es nur noch die Geldſucht, welche zu den öffentlichen Ämtern trieb *(sed postquam Sulla etc.)*.

2. *nam — minuitur* giebt die Erklärung zu *quod vitium propius virtutem erat.* — *vera via nititur*, ſtützt ſich auf den wahren Weg = *bonis artibus contendit.*

3. *avaritia habet*, der Habſucht iſt eigen. — *concupivit*, ein aoriſtiſches Perfekt, das angiebt, daß etwas vorgekommen iſt und zu allen Zeiten noch vorkommen kann.

4. *sed postquam*, ſchließt an *propius virtutem erat* an. — *armis recipere rem publicam*, mit Waffengewalt den Staat übernehmen, ſich zum Herrn des Staates machen. — *bonis initiis*, nach guten Anfängen. — *neque modum neque modestiam*, kein Maß und Ziel. *modus*, das durch Grenzen beſtimmte

habere, foeda crudeliaque in civis facinora facere. huc acce- 5
debat quod L. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimisque liberaliter habuerat. loca amoena, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliverant. ibi primum insuevit exercitus populi 6
Romani amare, potare, signa tabulas pictas vasa caelata mirari, ea privatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. igitur ei milites, postquam victoriam adepti 7
sunt, nihil reliqui victis fecere. quippe secundae res sapientium 8
animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.

Postquam divitiae honori esse coepere et eas gloria impe- 12
rium potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci coepit. igitur ex divitiis 2
iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere, pudorem pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere. operae pretium est, cum domos atque villas cognoveris 3
in urbium modum exaedificatas, visere templa deorum, quae nostri maiores, religiosissumi mortales, fecere. verum illi delubra 4
deorum pietate, domos suas gloria decorabant, neque victis quicquam praeter iniuriae licentiam eripiebant. at hi contra igna- 5

Maß, *modestia*, die Eigenſchaft, dieſes Maß innezuhalten.

5. *ibi*, nicht örtlich, ſondern auf die Verhältniſſe hinweiſend. — *mollire*, weich machen, bewirken, daß die alte *ferocia* ſchwindet, hier alſo = verweichlichen.

6. *amare potare*, der Luſt und dem Trunk ſich ergeben. — *privatim et publice*, aus dem Privat- und öffentlichen Beſitz. — *sacra profanaque omnia polluere*, die vorhergehenden Einzelnheiten zuſammenfaſſend; *polluere*, beflecken dadurch, daſs man berührt, was man nicht berühren ſoll.

8. *fatigant*, lähmen, ſo daß die Widerſtandskraft verloren geht. — *ne* = *nedum*.

12. 1. *sequebatur*, vgl. 10, 1. — *malevolentia*, böſe Geſinnung gegen den andern, während der *innocens*, der Uneigennützige, von dem andern weder etwas erhalten noch ihm ſchaden will.

2. *pudor*, Schamgefühl, das abhält etwas zu thun, deſſen man ſich ſchämen müßte; *pudicitia*, die Eigenſchaft deſſen, bei dem *pudor* Geltung hat, Schamhaftigkeit, Sittſamkeit, Züchtigkeit, Keuſchheit. — *promiscua habere*, auch zu *pudorem pudicitiam*, für einerlei halten, d. i. das eine ſo wenig als das andere achten. — *nihil pensi neque moderati*, vgl. 5, 6. Man kannte keine Rückſicht und Mäßigung. — *religiosissumi mortales*, die doch .... waren.

vissumi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere, quae fortissumi viri victores reliquerant; proinde quasi iniuriam
13 facere id demum esset imperio uti. nam quid ea memorem, quae nisi eis qui videre nemini credibilia sunt, a privatis compluribus
2 subvorsos montis, maria constrata esse? quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae, quippe quas honeste habere licebat, abuti
3 per turpitudinem properabant. sed lubido stupri ganeae ceterique cultus non minor incesserat: viri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi causa terra marique omnia exquirere, dormire prius quam somni cupido esset, non famem aut sitim neque frigus neque lassitudinem opperiri, sed ea
4 omnia luxu antecapere. haec iuventutem, ubi familiares opes
5 defecerant, ad facinora incendebant: animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat; eo profusius omnibus modis quaestui atque sumptui deditus erat.

14 In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se
2 tamquam stipatorum catervas habebat. nam quicumque impudicus adulter ganeo manu ventre pene bona patria laceraverat, qui-

---

5. *sociis*, den Bewohnern der Provinzen.

13. 1. *nam quid memorem.* Dies Bild mag genügen. Denn wozu ſollte es nötig ſein, noch weiter anzuführen; eine nicht ſeltene Form der Ergänzung oder des Anſchluſſes. — *videre*, mit eigenen Augen ſehen, erleben. — *maria constrata esse*, wo Meer war, wurde künſtlich Land geſchaffen, um Palläſte darauf zu bauen, eine wiederholt von den Schriftſtellern erwähnte Liebhaberei der damaligen Reichen, die ihr Geld nur der Laune dienen ließen, damit ihr Spiel trieben *(ludibrio esse)*, und zwar ein ſchimpfliches *(per turpitudinem abuti)*.

2. *quippe quas = quippe eis, quas — licebat, abuti properabant.* Beeilten ſie ſich ja doch, mit den Reichtümern ſchimpflichen Mißbrauch zu treiben.

3. *lubido ceteri cultus*, die Luſt an den übrigen Genüſſen, wie ſie nur Üppigkeit und Schwelgerei erfinden. — *luxu antecapere*, durch künſtliche Mittel der Schwelgerei vorher ſchaffen.

4. *haec*, ſolches Treiben.

5. *carebat*, konnte entbehren. — *omnibus modis*, deutet zurück auf *ad facinora incendebant.*

14—16. Das Privatleben Catilinas.

14. 1. *flagitia atque scelera*, Schandthaten und Laſter, hier das Abſtraktum ſtatt des Konkretum.

2. *impudicus*, ein Schamloſer, der alle Sittſamkeit *(pudicitia)* abgelegt hat. — *manu ventre pene*, durch Geldverſchleuderung, Schlemmen, Unſittlichkeit. — *quique*, und infolge

que alienum aes grande conflaverat, quo flagitium aut facinus 3
redimeret, praeterea omnes undique parricidae sacrilegi convicti
iudiciis aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus
atque lingua periurio aut sanguine civili alebat, postremo omnes
quos flagitium egestas conscius animus exagitabat, ei Catilinae
proxumi familiaresque erant. quodsi quis etiam a culpa vacuus 4
in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque illecebris facile
par similisque ceteris efficiebatur. sed maxume adulescentium 5
familiaritates appetebat; eorum animi molles aetate et fluxi dolis
haud difficulter capiebantur. nam ut cuiusque studium ex aetate 6
flagrabat, aliis scorta praebere aliis canes atque equos mercari,
postremo neque sumptui neque modestiae suae parcere, dum illos
obnoxios fidosque sibi faceret. scio fuisse nonnullos qui ita existu- 7
marent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum
honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam
quod cuiquam id compertum foret, haec fama valebat.

Iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, 15
cum virgine nobili, cum sacerdote Vestae, alia huiuscemodi
contra ius fasque. postremo captus amore Aureliae Orestillae, 2
cuius praeter formam nihil umquam bonus laudavit, quod ea

deſſen. — *quo,* um damit. — *flagitium aut facinus,* Schand- oder Frevelthat.

3. *conscius animus,* prägnant = böſes Gewiſſen.

4. *quodsi,* vgl. 2, 3: in Beziehung auf dieſe Umſtände nun = wenn alſo, *quis etiam* auch einer noch. — *usu,* Umgang. — *par,* gewachſen in der Ausübung von Schlechtigkeiten, *similis,* ihresgleichen in der Geſinnung.

5. *molles,* weich, empfänglich für Eindrücke (aller Art), *fluxi, (fluere)* wandelbar.

6. *studium,* hier mitbezug auf *flagrabat* Leidenſchaft, *ex aetate,* jugendliche Leidenſchaft. — *modestiae,* vgl. 11, 4, er kümmerte ſich weder um Aufwand, noch um ſeine eigene Mäßigung, d. i. es lag ihm weder etwas am Aufwand, noch an eigener Mäßigung oder dem Ruf eines mäßigen Mannes.

7. *pudicitiam,* vgl. 12, 2. — *ex aliis rebus,* d. i. hier aus bloßen Vermutungen. — *cuiquam,* in negativem Sinne, wie wenn es ſtatt *ex aliis rebus quam quod* hieße: *non quod, non quo.* — *comperire* als ſicher erfahren.

15. 1. *iam primum,* Übergang zur Aufzählung des Einzelnen. — *adulescens,* vor dem nomen proprium, der noch junge Catilina, Catilina noch in den Jugendjahren. — *ius,* das durch menſchliche Satzungen beſtimmte, *fas,* das durch göttliche Ordnung beſtehende Recht, daher „gegen alles göttliche und menſchliche Recht.“

2. *cuius,* zu nihil. — *forma,* Schönheit.

nubere illi dubitabat, timens privignum adulta aetate, pro certo
3 creditur necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. quae
quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinus matu-
4 randi. namque animus impurus, dis hominibusque infestus, neque
vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem
5 excitam vastabat. igitur colos ei exsanguis, foedi oculi, citus
modo modo tardus incessus; prorsus in facie voltuque vecordia
16 inerat. sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis
2 modis mala facinora edocebat. ex illis testis signatoresque falsos
commodare; fidem fortunas pericula vilia habere, post ubi eorum
3 famam atque pudorem attriverat, maiora alia imperabat. si causa
peccandi in praesens minus suppetebat, nihilo minus insontis sicuti
sontis circumvenire, iugulare; scilicet, ne per otium torpescerent
manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat.
4 eis amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes alienum per
omnis terras ingens erat et quod plerique Sullani milites lar-
gius suo usi rapinarum et victoriae veteris memores civile bellum
5 exoptabant, opprimundae rei publicae consilium cepit. in Italia
nullus exercitus, Cn. Pompeius in extremis terris bellum gere-

---

3. *quae quidem res,* und dieſer Umſtand allerdings. — *facinus,* die That des Umſturzes.

4. *dis hominibusque infestus,* Gott und der Welt Feind. — *neque vigiliis neque quietibus,* nicht beim Wachen und Schlafen. — *ita vastabat,* ſolche Verheerung richtete an.

5. *igitur,* im Anſchluſs an *vastabat.* — *foedi oculi,* häßliche Augen, häßlicher Blick. — *prorsus in facie,* abſchließend: durchweg in der äußern Erſcheinung. — *vecordia inerat,* es zeigte ſich die Abſtumpfung der Natur.

16. 1. *sed,* obſchon ſelbſt ein abgelebter Menſch.

2. *testes falsi,* bei Rechtsſtreitigkeiten, *signatores falsi,* falſche Zeugen bei Teſtamenten. Erbſchleicherei war damals ein gewöhnliches Mittel zu Gelderwerb. — *commodare,* zurecht machen, wird durch den folgenden Satz erläutert. — *habere,* von *imperabat* abhängig. — *fama,* objektiv, was die Leute ſagen, Ruf; *pudor,* ſubjektiv, Schamgefühl. — *maiora alia,* d. i. *facinora,* wie ſie Catilina ausführte.

3. *causa peccandi,* Veranlaſſung, einen Frevel zu begehen. — *sontis,* nach Catilinas Anſicht und Darſtellung. — *circumvenire,* mit ſeinen Netzen umgarnen. — *gratuito,* ohne Gewinn.

4. *simul quod — exoptabant,* giebt die äußern, in den politiſchen Thatſachen liegenden zwei Gründe zu ſeinem Entſchluß. Die Gründe ſind alſo: 1. perſönliche, 2. allgemeine Verſchuldung, 3. die Gier der ausgehauſten ſullaniſchen Soldaten.

5. *in extremis terris,* im mithridati-

bat; ipsi consulatum petenti magna spes, senatus nihil sane intentus; tutae tranquillaeque res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinae.

Igitur circiter Kalendas Iunias L. Caesare et C. Figulo con- 17
sulibus primo singulos appellare, hortari alios alios temptare;
opes suas, imparatam rem publicam, magna praemia coniura-
tionis docere. ubi satis explorata sunt quae voluit, in unum 2
omnis convocat quibus maxuma necessitudo et plurumum audaciae
inerat. eo convenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Au- 3
tronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Servius Sullae
Servi filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia,
Q. Curius; praeterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, 4
L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius; ad hoc multi ex
coloniis et municipiis, domi nobiles. erant praeterea complures 5
paulo occultius consili huiusce participes nobiles, quos magis
dominationis spes hortabatur quam inopia aut alia necessitudo.
ceterum iuventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinae in- 6
ceptis favebat: quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere
copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant.
fuere item ea tempestate qui crederent M. Licinium Crassum non 7
ignarum eius consili fuisse: quia Cn. Pompeius invisus ipsi ma-
gnum exercitum ductabat, cuiusvis opes voluisse contra illius

---

ſchen Krieg. — *nihil sane intentus,* hatte kein offenes Auge. — *omnes res,* alle Verhältniſſe, Alles. — *ea,* alle aufgezählten Umſtände *(in Italia — res omnes).*

17. Die Vorbereitung der Verſchwörung.

17. 1. *igitur,* ſchließt an *ea prorsus opportuna* an. — *hortari alios,* die ihm ſchon gewonnen waren, *alios temptare,* die ihm noch zu gewinnen waren.

2. *necessitudo,* hier die innere, aus den perſönlichen Verhältniſſen ſich ergebende Nötigung; daher auch *inerat,* wie bei *plurumum audaciae:* in ihnen wohnte, machte ſich geltend.

4. *ex coloniis et municipiis.* Die *coloniae* waren von den Römern eingerichtete Gemeinweſen, welche beſtimmte Rechte *(ius Quiritium* oder *ius Latinum)* erhalten hatten. Die *municipia* waren Gemeinweſen mit eigenen Satzungen und Behörden, und zugleich im Genuß des römiſchen Bürgerrechtes.

5. *complures,* in größerer Anzahl waren Adelige beteiligt. — *necessitudo,* Zwang aus den Lebensverhältniſſen oder den *mali mores* (18, 4), wie bei Catilina.

6. *quibus,* bezieht ſich auf *iuventus nobilium;* denn dieſe etc.

7. *Crassum,* der Triumvir. — *quia,* aſyndetiſch: denn weil. — *cuiusvis,*

potentiam crescere, simul confisum, si coniuratio valuisset, facile
apud illos principem se fore.
18 Sed antea item coniuravere pauci contra rem publicam, in
2 quibus Catilina fuit; de qua quam verissume potero dicam. L. Tullo
et M. Lepido consulibus P. Autronius et P. Sulla designati con-
3 sules legibus ambitus interrogati poenas dederant. post paulo
Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat consulatum
4 petere, quod intra legitumos dies profiteri nequiverat. erat eodem
tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae, egens,
factiosus, quem ad perturbandam rem publicam inopia atque mali
5 mores stimulabant. cum hoc Catilina et Autronius circiter Nonas
Decembris consilio communicato parabant in Capitolio Kalendis
Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum consules interficere, ipsi
fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hi-
6 spanias mittere. ea re cognita rursus in Nonas Februarias consi-
7 lium caedis transtulerant. iam tum non consulibus modo sed
8 plerisque senatoribus perniciem machinabantur. quodni Catilina
maturasset pro curia signum sociis dare, eo die post conditam
urbem Romam pessumum facinus patratum foret. quia non-
dum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

---

eines jeden beliebigen. — *apud illos,* nach dem Sinne auf *coniuratio* bezogen.

18. 19. Die frühere fehlgeschlagene Verschwörung.

18. 1. *pauci,* einige wenige — *de qua,* näml. *coniuratione,* wie *apud illos,* nach *coniuratio.*

2. *legibus,* auf grund des Gesetzes, zu *interrogati. interrogare,* ein gerichtlicher Ausdruck = *in ius vocare, accusare,* belangen.

3. *reus,* weil angeklagt. Der Angeklagte konnte vor erfolgter Freisprechung sich um kein Amt bewerben. — *intra legitumos dies,* innerhalb des *trinundinum* (17 Tage), d. i. von der Bekanntmachung der Wahlkomitien an bis zur Wahlversammlung. — *profiteri,* nämlich *nomen* oder *se petere consulatum.*

5. *cum hoc consilio communicato parabant,* mit diesem vereinbarten sich und trafen Anstalten. — *in capitolio Kalendis Januariis.* Am 1. Januar, als an dem Tag des Amtsantritts der neuen Konsuln, fand ein feierlicher Aufzug auf das Kapitol statt. — *ipsi,* erscheint hier als Subjekt zu *correptis fascibus* = *parabant ipsi corripere et mittere.* — *duas Hispanias,* d. i. *Hispania citerior* oder *Tarraconensis,* und *Hispania ulterior* oder *Baetica.*

6. *ea re cognita,* als aber diese Abmachung bekannt geworden war. — *consilium caedis,* Mordplan.

8. *quodni,* vgl. 14, 4. — *quia — ea res,* der Umstand daß. — *consilium diremit,* zerriß den ganzen Anschlag.

postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus 19
est adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio
cognoverat. neque tamen senatus provinciam invitus dederat, 2
quippe foedum hominem a re publica procul esse volebat; simul
quia boni complures praesidium in eo putabant et iam tum potentia
Pompei formidulosa erat. sed is Piso in provincia ab equitibus 3
Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. sunt 4
qui ita dicant, imperia eius iniusta superba crudelia barbaros
nequivisse pati; alii autem equites illos Cn. Pompei veteres fidos- 5
que clientis voluntate eius Pisonem aggressos; numquam Hispanos
praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeva multa antea per-
pessos. nos eam rem in medio relinquemus. de superiore con- 6
iuratione satis dictum.

Catilina ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt, 20
tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore
credens universos appellare et cohortari, in abditam partem aedium
secedit atque ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huius-
cemodi habuit.

‚Ni virtus fidesque vostra spectata mihi foret, nequiquam 2
opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus
frustra fuissent, neque ego per ignaviam aut vana ingenia incerta
pro certis captarem. sed quia multis et magnis tempestatibus 3

---

19. 1. *adnitente,* auf Andringen.

2. *neque tamen,* jedoch, indeſſen auch nicht. Als leidenſchaftlicher Parteimann (vgl. 18, 4) hätte Piſo dem Senat wohl kaum genehm ſein können zur Übernahme einer Statthalterſtelle. Die Gründe des Gegenteils werden durch *quippe — volebat* und *simul quia erat* angegeben. *quippe — volebat* enthält den vornehmſten Grund, *simul quia — erat* den weiteren Zweckmäßigkeitsgrund. — *boni complures,* eine größere Zahl Optimaten. — *et erat,* parataktiſch angeſchloſſen; *et* iſt hier = *etenim* zu faſſen.

5. *veteres fidosque clientis,* aus der Zeit des Kriegs mit Sertorius.

20—22. Die neue Verſchwörung.

20. 1. *paulo ante,* vgl. 17. — *in rem,* zweckdienlich. — *arbitri,* hier Zeugen. — *opportuna res cecidisset,* die Sache hätte ſich gelegen getroffen.

2. *spes magna,* die große Hoffnung, nämlich Vernichtung der Schuldbücher, Proſkriptionen und allgemeine Revolution. — *dominatio in manibus,* die ſozuſagen ſchon in den Händen gehaltene Herrſchaft. — *neque ego captarem,* und ich meinerſeits würde darauf verzichten zu erjagen. — *per ignaviam,* Gegenſatz zu *virtus, per vana ingenia* (eitle Köpfe, Unbeſtändigkeit) Gegenſatz zu *fides.* — *aut,* oder doch (wenn auch nicht durch Feigheit).

vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maxumum
atque pulcherrumum facinus incipere, simul quia vobis eadem
4 *quae mihi bona malaque esse intellexi: nam idem velle atque idem*
5 *nolle, ea demum firma amicitia est. sed ego quae mente agitavi*
6 *omnes iam antea divorsi audistis. ceterum mihi in dies magis*
animus accenditur, cum considero quae condicio vitae futura
7 *sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. nam postquam*
res publica in paucorum potentium ius atque dicionem con-
cessit, semper illis reges tetrarchae vectigales esse, populi natio-
nes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui boni nobiles atque
ignobiles, volgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, eis ob-
8 *noxii, quibus, si res publica valeret, formidini essemus. ita-*
que omnis gratia potentia honos divitiae apud illos sunt aut
ubi illi volunt; nobis reliquere pericula repulsas iudicia ege-
9 *statem. quae quousque tandem patiemini, o fortissumi viri?*
nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque
inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus

---

3. *fortis*, Gegenſatz zu *per ignaviam, fidos* zu *vana ingenia.*

5. *quae mente agitavi,* was ich bis auf dieſen Augenblick betrieben habe. — *divorsi,* da und dort, Gegenſatz zu der Verſammlung der Gleichgeſinnten, in der er ſpricht.

6. *ceterum.* Über meine Pläne brauche ich nichts weiter zu ſagen, nur das ſage ich, daß mir im übrigen der Mut täglich wächſt. — *nosmet,* Accuſativ.

7. *paucorum,* einiger weniger. — *ius atque dicionem,* rechtliche und thatſächliche, d. h. vollſtändige Gewalt. — *tetrarcha,* zunächſt der Fürſt eines in vier Teile geteilten Landes, wie z. B. Theſſalien und Galatien geteilt waren; dann überhaupt Fürſt eines kleineren Gebietes, der nicht den Titel eines Königs führte. — *ceteri omnes,* Gegenſatz zu *pauci potentes.* — *strenui boni,* gleichgiltig ob tüchtig und gutgeſinnt. — *gratia,* Anſehen, welches durch perſönliche Dienſtleiſtung oder Beliebtheit erworben wird, *auctoritas,* Einfluß infolge der Stellung. — *res publica,* Gegenſatz zu der *potentia paucorum,* „wenn das Gemeinweſen noch in voller Kraft wäre.“

8. *aut ubi,* oder da, wo jene es wollen. — *pericula,* Gegenſatz zu *gratia;* wer ſich nicht der Beliebtheit wie der Mächtigen erfreute, ging immer Gefahr, die Neid und Hinterliſt drohten. — *repulsae,* Gegenſatz zu *potentia;* wer das Amt erhält, hat die Macht, wer zurückgewieſen wird bei der Bemerkung, bleibt machtlos; *iudicia,* Gegenſatz zu *honos;* gerichtliche Verfolgungen und Verurteilungen machen unfähig zu den öffentlichen Ehren; *egestatem,* im Gegenſatz zu *divitiae,* enthält in der viergliedrigen Steigerung den ſchwerſten Anklagepunkt, nämlich daß die *potentes* ihre Stellung nur zur Gewinnung von Reichtum

amittere? verum enimvero pro deum atque hominum fidem 10
victoria in manu vobis est, viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt. tantummodo incepto opus est, cetera res expediet. etenim quis mortalium, 11
cui virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse? cum tabulas signa toreumata emunt, nova 12
diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt vexant, tamen summa lubidine divitias suas vincere nequeunt. at nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala res, 13
spes multo asperior; denique quid reliqui habemus praeter miseram animam? quin igitur expergiscimini? en illa illa quam 14
saepe optastis libertas, praeterea divitiae decus gloria in oculis sita sunt. fortuna omnia ea victoribus praemia posuit. res 15

---

und zur Verarmung des Volkes ausbeuteten.

10. *verum enimvero,* aber in Wahrheit iſt ja. — *pro,* als Interjektion wird mit Vokativ und Accuſativ verbunden. — *viget,* von der körperlichen Kraft, wie ſie das jüngere Lebensalter hat, *valet,* von der Kraft, wie ſie der Mut giebt. — *divitiis*, d. i. hier, durch den Mißbrauch zu übermäßigen Genüſſen. — *res,* die begonnene Sache, der Verlauf. — *expediet*, wird fördern, fertig bringen.

11. *etenim quis tolerare potest,* ſchließt an *tantummodo incepto opus est* an. — *superare*, hier intranſitiv, im Überfluß vorhanden ſein — *quas profundant,* um ſie zu verſchwenden. — *in exstruendo mari*, vgl. 13, 1. *extruere mare,* das Meer hinausbauen, d. i. abdämmen und auf den Dämmen Bauten aufführen. — *domos,* Paläſte. — *binas,* jeder zwei, alſo mindeſtens zwei nebeneinander.

12. *toreumata,* was 11, 6. *vasa caelata* („ſtilgerechte" Kunſtarbeiten). — *postremo*, hier abſchließend = *denique,* kurz. — *omnibus modis,* auf alle mögliche Art. — *trahunt vexant,* ſchließen das gewaltſame Verbrauchen in ſich. *trahere,* Gewalt anthun, *vexare (vehere),* hin- und herreißen, wehe thun. — *summa lubidine,* mit, trotz aller Luſt, Vergeudung. — *vincere*, Meiſter werden.

13. *domi — foris,* daheim — draußen, d. i. bei andern, den Reichen. — *res — spes*, ein Wortſpiel: ſchlecht ſteht es mit unſerer Sache in der Gegenwart, viel härter mit unſerer Ausſicht. — *denique,* um es kurz zu ſagen, wir haben nichts als unſer elendes Leben.

14. *quin* = *quidni,* beſonders in dringender Aufforderung. — *en illa libertas*, er ſtellt die zu erringende Freiheit als ſchon errungen vor die Augen der Verſammelten. — *decus,* Auszeichnung, hier durch die zu erringende Stellung.

15. *res,* die allgemeinen Zuſtände,

tempus pericula egestas, belli spolia magnifica magis quam oratio
16 *mea vos hortantur. vel imperatore vel milite me utimini; neque*
17 *animus neque corpus a vobis aberit. haec ipsa, ut spero, vobiscum una consul agam, nisi forte me animus fallit et vos servire magis quam imperare parati estis*'.

21 Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quieta movere magna merces videbatur, tamen postulavere plerique, ut proponeret quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent,
2 quid ubique opis aut spei haberent. tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas,
3 alia omnia, quae bellum atque lubido victorum fert. praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumventum; cum eo se
4 consulem initium agundi facturum. ad hoc maledictis increpabat omnis bonos, suorum unum quemque nominans laudare; admonebat alium egestatis alium cupiditatis suae, compluris periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat.

---

die politiſche Lage, *tempus*, der Augenblick. — *pericula*, vgl. § 8. 14, 3.

17. *haec ipsa agam,* gerade dieſe Dinge will ich mit euch ausführen. — *consul.* Obſchon vorher (vgl. 18, 3) von dem Konſulat ausgeſchloſſen gab Catilina die Hoffnung nicht auf bei der nächſten Wahl gewählt zu werden. — *animus,* mein Inneres = ich.

21. 1. *abunde erant,* alles mögliche Elend hatten ſie in Fülle. — *neque res neque spes,* vgl. 20, 13. — *proponere,* offen darlegen. — *condicio belli,* die Bedingung, Vorausſetzung des Krieges, wird durch die folgenden Frageſätze erklärt. — *quae praemia peterent* welches der Lohn ſei, den etc. *ubique = et ubi.*

2. *tabulas novas,* Vertilgung der alten Schuld- oder Pfandbücher, Herſtellung neuer Schuldbücher, in welchen die Namen der Verſchworenen nicht mehr ſtehen. — *locupletium.* Auf die Reichen war es bei den Proſkriptionen abgeſehen, weil das Vermögen der Geächteten eingezogen wurde.

3. *Mauretania,* jetzt Marokko. — *Nucerinum,* er führte ſeine Abkunft auf Nuceria in Campanien zurück. — *omnibus necessitudinibus,* Bedrängniſſe aller Art. — *agundi,* handelnd vorzugehen.

4. *cupiditatis suae,* an ſeine perſönliche Begehrlichkeit, = an ſeine Lage, in welcher er dies oder jenes wünſchte (das ihm durch den Krieg werden ſollte). — *periculi,* vgl. 20. 8. — *ignominiae,* wegen ſchon erlittener Verurteilung.

postquam omnium animos alacris videt, cohortatus, ut petitionem 5
suam curae haberent, conventum dimisit. fuere ea tempestate qui 22
dicerent Catilinam oratione habita, cum ad iusiurandum popularis sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde cum post exsecrationem omnes 2
degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum atque eo dictitavere fecisse, quo inter se fidi magis forent, alius alii tanti facinoris conscii. nonnulli ficta 3
et haec et multa praeterea existumabant ab eis, qui Ciceronis invidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederant. nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, 23
flagitiis atque facinoribus copertus, quem censores senatu probri gratia moverant. huic homini non minor vanitas inerat quam 2
audacia: neque reticere quae audierat neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. erat ei cum Fulvia muliere nobili stupri vetus consue- 3
tudo; cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montisque polliceri coepit et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret; postremo ferocius agitare quam solitus erat. at Fulvia insolentiae Curi causa cognita tale 4
periculum rei publicae haud occultum habuit, sed sublato auctore

---

5. *alacris,* frifch bei der Hand. — *curae habere,* fich angelegen fein laffen.

22. 1. *populares* = *socios.*

2. *inde,* adverbium loci zu *degustavissent.* — *post exsecrationem,* nach der Verwünfchung feiner felbft, für den Fall nämlich, daß er fein Wort breche.

3. *Ciceronis invidiam leniri,* daß man den Haß gegen Cicero mildern könne. — *postea,* auch von kurzer Zeit gebraucht. — *comperta,* genau ermittelt.

23. Verrat der Verfchwörung.

23. 1. *sed,* knüpft an Cap. 21 an. — *flagitiis atque facinoribus,* von Schand- u. Frevelthaten; vgl. 14, 1. — *probri pratia,* wegen des an ihm haftenden Schimpfes.

2. *vanitas,* wie 20, 3 *vanum ingenium,* Unbeftändigkeit.

3. *strupri vetus consuetudo,* feit langem ein unzüchtiger Umgang. — *maria montisque polliceri,* wie: goldene Berge, Himmel und Erde verfprechen. — *et minari,* aber auch zu drohen. — *ferocius agitare,* trotziger thun.

4. *insolentiae,* des bisher ungewohnten Benehmens. — *occultum habuit,* behielt verborgen. — *sublato*

de Catilinae coniuratione quae quoque modo audierat compluribus
5 narravit. ea res in primis studia hominum accendit ad con-
6 sulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. namque antea pleraque
nobilitas invidia aestuabat et quasi pollui consulatum credebant,
si eum quamvis egregius homo novus adeptus foret. sed ubi peri-
culum advenit, invidia atque superbia post fuere.

24 Igitur comitiis habitis consules declarantur M. Tullius et
2 C. Antonius. quod factum primo popularis coniurationis concus-
serat. neque tamen Catilinae furor minuebatur, sed in dies plura
agitare: arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam sua
aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quen-
3 dam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. ea tempe-
state plurumos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur,
mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro cor-
poris toleraverant, post ubi aetas tantummodo quaestui neque
4 luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflaverant. per
eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem
25 incendere, viros earum vel adiungere sibi vel interficere. sed
in eis erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora
2 commiserat. haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque
liberis satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta, psallere
et saltare elegantius, quam necesse est probae, multa alia, quae
3 instrumenta luxuriae sunt. sed ei cariora semper omnia quam
decus atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parceret haud
facile discerneres; lubido sic accensa, ut saepius peteret viros quam
4 peteretur. sed ea saepe antehac fidem prodiderat, creditum abiu-

---

auctore, ohne ihren Gewährsmann mit hereinzuziehen, zu nennen. — *quoque = et quo,* vgl. 21, 1.

5. *studia,* Geneigtheit.

24. 25. Wahl Ciceros zum Konſul und Vorbereitungen Catilinas.

24. 2. *factum,* Ereignis. — *neque tamen Catilinae,* Gegenſatz zu *popularis coniurationis.* — *parare,* beiſchaffen. — *Fasulae,* in Etrurien (Fieſole). — *belli faciundi,* entſpricht hier unſerm volkstümlichen „losſchlagen“.

3. *etiam aliquot,* ſogar etwelche. — *toleraverant,* hatten tragen können.

25. 1. *virilis audaciae facinora,* männlich kühne Thaten.

2. *atque,* und dazu. Zu den Vorzügen der Geburt kommen die der Lebensſtellung. — *satis fortunata,* recht vom Glück begünſtigt. — *probae,* für eine ehrſame Frau.

3. *decus atque pudicitia,* Schicklichkeit *(decet)* und Sittſamkeit.

4. *sed ea,* führt ſie von einer andern Seite der Verdorbenheit ein. — *creditum,* das Anvertraute. —

raverat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat.
verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum 5
movere, sermone uti vel modesto vel molli vel procaci; prorsus
multae facetiae, multus lepos inerat.

His rebus comparatis Catilina nihilo minus in proxumum 26
annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se
ex voluntate Antonio usurum. neque interea quietus erat, sed
omnibus modis insidias parabat Ciceroni. neque illi tamen ad ca- 2
vendum dolus aut astutiae deerant. namque a principio consulatus 3
sui multa pollicendo per Fulviam effecerat, ut Q. Curius, de
quo paulo ante memoravi, consilia Catilinae sibi proderet. ad 4
hoc collegam suum Antonium pactione provinciae perpulerat, ne
contra rem publicam sentiret; circum se praesidia amicorum atque
clientium occulte habebat. postquam dies comitiorum venit et 5
Catilinae neque petitio neque insidiae, quas consuli in campo fecerat,
prospere cessere, constituit bellum facere et extrema omnia
experiri, quoniam quae occulte temptaverat aspera foedaque

---

praeceps abierat, war jählings abgeirrt (von der Bahn der Sittlichkeit), gefallen.

5. *verum,* in Wahrheit; bei dieſer Schlechtigkeit war in Wirklichkeit ihr Geiſt gar nicht ungeſchickt. *mollis,* zärtlich, Gegenſatz zu *procax (proco),* frech. — *prorsus,* kurz. — *facetiae et lepos,* Witz und Feinheit.

26. Vergebliche Bemühungen Catilinas um das Konſulat.

26. 1. *his rebus comparatis,* knüpft an die C. 24 angeführten Vorbereitungen an. — *nihilo minus.* Obſchon zum Losſchlagen bereit wollte er doch nochmals den Verſuch machen (daher das Imperfekt *petebat)* in den Beſitz der höchſten Gewalt zu kommen, um mit dem von ihm in Ausſicht genommenen Amtsgenoſſen im Konſulat im Beſitz der Gewalt ſeinen Plan auszuführen.

2. *dolus aut astutiae,* Liſt, oder um es genauer zu ſagen, Schlauheit, Verſchlagenheit, Geriebenheit.

4. *pactione provinciae,* durch eine Abmachung inbetreff der nach dem Konſulat zu übernehmenden Statthalterſchaft. Nach dem Geſetz des Ti. Gracchus bezeichnete der Senat jeweils vor den Wahlen die von den Konſuln nach dem Ablauf des Amtsjahres zu übernehmenden Provinzen. Die Konſuln ſelbſt entſchieden ſodann unter ſich durchs Los oder durch Vereinbarung. Dem Cicero war das gewinnreiche Macedonien zugefallen; er verzichtete aber darauf zugunſten des Antonius. — *contra rem publicam sentire,* gegen die Republik ſein, auftreten. — *in campo,* wo die Wahlkomitien ſtattfanden.

5. *aspera,* hart, ſtatt des Vorteils hatte er Schaden; *foeda,* ſchmählich, ſtatt der Ehre erntete er Schmach.

27 evenerant. igitur C. Manlium Faesulas atque in eam partem Etru-
riae, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium
in Apuliam dimisit; praeterea alium alio, quem ubique opportu-
2 num sibi fore credebat. interea Romae multa simul moliri, con-
suli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis
hominibus obsidere, ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari
uti semper intenti paratique essent, dies noctisque festinare vigi-
3 lare, neque insomniis neque labore fatigari. postremo ubi multa
agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis prin-
4 cipes convocat ad M. Porcium Laecam, ibique multa de ignavia
eorum questus docet se Manlium praemisisse ad eam multitudi-
nem, quam ad capiunda arma paraverat, item alios in alia loca
opportuna, qui initium belli facerent, seque ad exercitum proficisci
cupere, si prius Ciceronem oppressisset; eum suis consiliis mul-
28 tum officere. igitur perterritis ac dubitantibus ceteris C. Cornelius
eques Romanus operam suam pollicitus et cum eo L. Vargunteius
senator constituere ea nocte paulo post cum armatis hominibus
sicuti salutatum introire ad Ciceronem ac de improviso domi suae
2 imparatum confodere. Curius ubi intellegit quantum periculum
consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum qui para-
3 batur enuntiat. ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra
4 susceperant. interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, ege-
state simul ac dolore iniuriae novarum rerum cupidam, quod
Sullae dominatione agros bonaque omnia amiserat, praeterea latro-
nes cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat,

— *evenerant*, hatte ſich im Erfolg erwieſen als.

27. 28. Die Maſsnahmen Catilinas zum Beginnen des Kampfes.

27. 1. *Camertem*, aus Camerinum in Umbrien.

2. *alios iubere*, nämlich *esse cum telo*.

4. *eam, quam paraverat*, erläuternder Zuſatz des Schriftſtellers. Catilina hatte in ſeiner Anſprache vor den Verſchworenen nicht nötig, die *multitudo* näher zu bezeichnen. In letzterem Falle müßte es *paravisset* heißen.

28. 1. *ea nocte paulo post*, noch in der nämlichen Nacht bald nach dieſer Beratung, morgens früh. Schon in der Frühe pflegte man ſich zu dem Hauſe zu begeben, wo man den Herrn begrüßen wollte. Die Verſchworenen wollten wo möglich die erſten Eingelaſſenen ſein.

4. *dominatione*, infolge der Gewaltherrſchaft. Nebſt Samnium und Lucanien hatte beſonders Etrurien durch Verluſt von Hab und Gut von den ſullaniſchen Soldaten zu leiden. — *latrones*, zu *sollicitare*.

nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex
magnis rapinis nihil reliqui fecerat.
Ea cum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo permotus, quod 29
neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat,
neque exercitus Manli quantus aut quo consilio foret satis com-
pertum habebat, rem ad senatum refert iam antea volgi rumoribus
exagitatam. itaque quod plerumque in atroci negotio solet, senatus 2
decrevit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti
caperet. ea potestas per senatum more Romano magistratui 3
maxuma permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere
omnibus modis socios atque civis, domi militiaeque imperium atque
iudicium summum habere; aliter sine populi iussu nullius earum
rerum consuli ius est. post paucos dies L. Saenius senator in 30
senatu litteras recitavit, quas Faesulis adlatas sibi dicebat, in
quibus scriptum erat C. Manlium arma cepisse cum magna multi-
tudine ante diem VI Kalendas Novembris. simul, id quod in 2
tali re solet, alii portenta atque prodigia nuntiabant, alii con-
ventus fieri, arma portari, Capuae atque in Apulia servile bellum
moveri. igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Me- 3
tellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi — ei utrique 4

29—31. Die Maſsnahmen Ciceros.

29. 1. *privato consilio,* Gegenſatz zu *publico consilio,* durch die perſönlichen, von ihm ausgegangenen Maßnahmen. — *exagitatam,* nachdem ſie ſchon vorher in dem Gerede der Menge aufgerüttelt worden war.

2. *in atroci negotio,* in gefährlicher Lage. — *darent operam — caperet,* die Formel, mit welcher der Kriegszuſtand ausgeſprochen wurde. Die Erklärung dazu giebt der folgende Satz.

3. *ea potestas,* das iſt die Gewalt, welche als die höchſte überlaſſen wird, = das iſt die höchſte Gewalt, welche etc. — *imperium atque iudicium.* Im Kriegszuſtand iſt die oberſte Militär- und Civilgewalt in der Perſon des Befehligenden vereinigt. — *aliter,* ſonſt, in regelmäßigen Verhältniſſen. — *nullius earum rerum ius,* das Recht zu keinem einzigen dieſer Befugniſſe, im Gegenſatz zu der Machtvollkommenheit des im Kriegszuſtand mit der oberſten Militär- und Civilgewalt bekleideten Beamten. — *parare — habere,* erklärende Infinitive zu *potestas permittitur,* mit „nämlich“ anzureihen.

30. 2. *portenta (portendere),* Zeichen, *prodigia,* Wundererſcheinungen, aus welchen Vorzeichen entnommen werden. — *portari,* beigeſchafft werden.

3. *senati,* eine altertümliche Genetivform, welche in offiziellen Bezeichnungen beibehalten wurde; ſo auch *senati consultum, senati auctoritas.*

4. *ei utrique,* nicht = *eorumque*

ad urbem imperatores erant, impediti ne triumpharent calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos
5 erat — sed praetores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum, eisque permissum, uti pro tempore atque
6 periculo exercitum compararent. ad hoc si quis indicavisset de coniuratione, quae contra rem publicam facta erat, praemium servo libertatem et sestertia centum, libero impunitatem eius rei et sester-
7 tia ducenta, itemque decrevere, uti gladiatoriae familiae Capuam et in cetera municipia distribuerentur pro cuiusque opibus, Romae per totam urbem vigiliae haberentur eisque minores magistratus praeessent.

31 Quibus rebus permota civitas atque immutata urbis facies erat. ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat,
2 repente omnis tristitia invasit: festinare trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere, neque bellum gerere neque pacem
3 habere, suo quisque metu pericula metiri. ad hoc mulieres, quibus

---

uterque, beide mit ihren Heeren. — *ad urbem,* in der Nähe, vor der Stadt. Mit dem Eintritt in die Stadtgrenze mußte der Feldherr den Oberbefehl niederlegen; wenn er an der Spitze ſeiner Truppen den Triumpheinzug halten wollte, mußte er zuerſt die Ermächtigung des Senates einholen. So waren gerade vor Rom verfügbare Truppen, welche man zur Bekämpfung der revolutionären Erhebung auswärts verwenden konnte. — *impediti,* man hatte ihren Triumph hintertrieben. — *paucorum,* einzelner weniger. — *mos erat,* Prädikat zu *vendere.*

5. *permissum,* überlaſſen. — *pro tempore,* nach den Umſtänden, *atque periculo,* und der daraus ſich ergebenden Gefahr. — *uti — compararent,* durch außerordentliche Aushebungen.

6. *sestertium,* Neutrum = 1000 *sestertii.* — *eius rei,* für die Teilnahme an der Verſchwörung. *si quis indicavisset,* bezieht ſich auf die Teilnehmer der Verſchwörung, unter denen Cicero und der Senat teils Sklaven, teils freie Bürger annahmen.

7. *gladiatoriae familiae.* Die Gladiatorenſchulen enthielten zu allem fähige Leute. Daher ſollten ſie getrennt wurden. — *cuiusque,* nämlich *municipii.* Bei der Verteilung ſollte jeder Municipalſtadt eine ſo große Zahl zugewiesen werden, als ihre Mittel erlaubten. — *minores magistratus,* die ſtändigen niederen Beamten, deren jedes Gemeinweſen eine Anzahl hat. Gegenſatz in Rom ſind die *maiores magistratus,* Konſuln, Prätoren, Cenſoren.

31. 1. *permota — immutata erat,* war in Aufregung, war ein verändertes. — *quae,* das Neutrum inbezug auf *laetitia atque lascivia,* zuſammenfaſſend: Erſcheinungen, welche etc.

2. *satis credere,* recht trauen.

rei publicae magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare
sese, manus supplices ad caelum tendere, miserari parvos liberos,
rogitare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis sibi patriae-
que diffidere.

At Catilinae crudelis animus eadem illa movebat, tametsi 4
praesidia parabantur et ipse lege Plautia interrogatus erat ab
L. Paulo. postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicuti 5
iurgio lacessitus foret, in senatum venit. tum M. Tullius consul, 6
sive praesentiam eius timens sive ira commotus, orationem habuit
luculentam atque utilem rei publicae, quam postea scriptam edidit.
sed ubi ille assedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda 7
omnia, demisso voltu voce supplici postulare a patribus coepit ne
quid de se temere crederent; ea familia ortum, ita se ab adule-
scentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet. ne existu-
marent sibi patricio homini, cuius ipsius atque maiorum pluruma
beneficia in plebem Romanam essent, perdita re publica opus
esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae.
ad hoc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque 8
parricidam vocare. tum ille furibundus ‚*quoniam quidem circum-* 9
ventus‘ inquit ‚*ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina
restinguam.*‘

---

3. *magnitudine,* kauſaler Ablativ zu *insolitus*, bezeichnet hier nicht ſowohl die Ausdehnung, als die innere Macht des Staates, die zumal nach längerer Friedenszeit keine Furcht vor Krieg aufkommen ließ. — *afflictare sese,* als Ausdruck des höchſten Schmerzes geſchah es, daß die Frauen ſich mit den Händen an Bruſt und Geſicht ſchlugen. — *superbia atque deliciis,* Übermut und Wohlleben.

31. 4—9. Die entſcheidende Senatsſitzung.

4. *lex Plautia de vi,* von dem Volkstribunen Plautius eingebracht (89 v. Chr.) gegen die, welche mit bewaffneter Hand die Ruhe des Staates ſtörten.

5. *dissimulandi,* vgl. 5. 1.

6. *praesentiam timens.* Da auch Senatoren zu Catilina hinneigten, war bei ſeiner Überredungskunſt für die Feſtigkeit des Senates zu fürchten.

7. *in spe habere* = *sperare.* — *omnia bona,* daß er alſo der umſtürzeriſchen Pläne nicht bedürfe, die ihm Cicero vorwarf. — *cuius ipsius,* von dem perſönlich, *cuius majorum,* von deſſen Vorfahren die größten Wohlthaten vorhanden ſeien. — *inquilinus,* hier adjektiviſch, bei *civis,* etwa ein zugewanderter Bürger, Ausmärker, Gegenſatz zu *patricius Romanus,* als welchen ſich Catilina rühmt. Übrigens hatte Ciceros Geburtsort Arpinum ſchon viel früher das Bürger- und Stimmrecht erhalten.

32 Deinde se ex curia domum proripuit. ibi multa ipse secum
volvens, quod neque insidiae consuli procedebant et ab incendio
intellegebat urbem vigiliis munitam, optumum factu credens exer-
citum augere ac prius quam legiones scriberentur multa ante-
capere, quae bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in
2 Manliana castra profectus est. sed Cethego atque Lentulo cete-
risque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat quibus
rebus possent opes factionis confirment, insidias consuli maturent,
caedem incendia aliaque belli facinora parent: sese propediem
cum magno exercitu ad urbem accessurum.
3 Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos
33 ad Marcium Regem mittit cum mandatis huiuscemodi: ‚*Deos
hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam
cepisse neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora
nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri egentes violentia atque
crudelitate faeneratorum plerique patria sed omnes fama atque
fortunis expertes sumus. neque cuiquam nostrum licuit more
maiorum lege uti neque amisso patrimonio liberum corpus habere:
2 tanta saevitia faeneratorum atque praetoris fuit. saepe maiores*

32. Catilinas Vorkehrungen in Rom vor der Abreiſe zum Heer.

32. 1. *curia.* Die Senatsſitzungen wurden gewöhnlich in einem Curiengebäude am Forum gehalten, daher auch *curia* gleichbedeutend mit *senatus* gebraucht wird. Denn die hier erwähnte Sitzung war im Tempel des Jupiter Stator. — *ipse* neben *secum* zur beſondern Hervorhebung der Perſon, er allein ohne Beiziehung von Genoſſen. — *consuli,* Dativus incommodi. — *priusquam — scriberentur,* nämlich auf Anordnung des Senates. — *multa antecapere,* vieles vorweg nehmen, in vielem zuvorkommen.

2. *promptam,* ſtets bei der Hand.

33. Manlius in Etrurien.

33. 1. *ex suo numero = ex numero suorum.* — *ad Marcium Regem,* vgl. 30. 3. — *quo = ut eo,* d. i. *capiendo arma.* — *qui,* inbezug auf die mit *nostra* bezeichneten Perſonen. — *violentia atque crudelitate faeneratorum.* Die Wucherer ſchreckten vor keiner Gewalt und Grauſamkeit zurück, mit Hilfe der ſehr ſtrengen Schuldgeſetze die höchſten Zinſen von den Schuldnern herauszupreſſen. Ganz gewöhnlich waren zu der Zeit des Salluſt 12 Prozent im Jahr; in den Provinzen ging man bis zu 48 Prozent. — *more maiorum.* Schon 326 v. Chr. wurde durch die lex Poetelia et Papiria beſtimmt, daß der Schuldner nur mit ſeiner Habe, nicht mit ſeinem Leibe haften ſolle. Nach Salluſts Darſtellung war aber zu ſeiner Zeit die *violentia atque crudelitas faeneratorum* mächtiger geworden als das Geſetz. — *tanta saevitia praetoris fuit.* Sogar der Gerichtspräſident, der

vostrum miseriti plebis Romanae decretis suis inopiae eius opitulati sunt, ac novissume memoria nostra propter magnitudinem aeris alieni volentibus omnibus bonis argentum aere solutum est. saepe ipsa plebes, aut dominandi studio permota 3
aut superbia magistratuum, armata a patribus secessit. at nos 4
non imperium neque divitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortalis sunt, sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. te atque senatum 5
obtestamur, consulatis miseris civibus, legis praesidium, quod iniquitas praetoris eripuit, restituatis neve nobis eam necessitudinem imponatis, ut quaeramus quonam modo maxume ulti sanguinem nostrum pereamus'. ad haec Q. Marcius respondit, si 34
quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: ea mansuetudine atque misericordia senatum populi Romani semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiverit.

At Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea optumo 2
cuique litteras mittit, se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunae cedere, Massiliam in exsilium proficisci, non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti res publica quieta foret neve ex sua contentione

---

Prätor, ſcheute ſich zugunſten des Schuldners zu entſcheiden.

2. *vostrum,* ungewöhnlich ſtatt des Poſſeſſivs *vestri.* — *decretis suis,* über unentgeltliche Verteilung von Getreide oder Überlaſſung zu geringem Preis. — *novissume,* durch das Geſetz des L. Valerius Flaccus im Jahr 86. — *volentibus bonis,* mit Einwilligung der Optimaten. — *argentum aere solutum est.* Statt des Silberſeſterzes wurde der As von Erz, d. i. der vierte Teil gezahlt, die ganze Schuld alſo auf 25 Prozent vermindert. —

3. *saepe secessit,* das erſte Mal 494 auf den mons Aventinus und mons sacer, das zweite Mal 449 eben dahin gegen die Gewaltherrſchaft der Decemvirn, das dritte Mal 287 auf den Ianiculus wegen der Schuldenlaſt. — *ipsa,* hebt *plebes* hervor, ſich ſelbſthelfend.

4. *nemo bonus,* kein braver Mann.

5. *quod — eripuit,* vgl. oben 2. — *quonam modo* zu *maxume ulti,* wie wir, zum Untergang beſtimmt, am meiſten unſer Blut rächen können.

34—36. Catilina in Etrurien.

34. 2. *optumo cuique,* an alle hervorragenden Optimaten. — *crimen,* die Anſchuldigung, *scelus,* das wirkliche Verbrechen. — *factioni,* dem Zuſammenhalten *(facere cum aliquo).* — *fortunae,* dem Mißgeſchick. — *ex sua contentione,* aus ſeiner Anſtrengung, nämlich ſein Recht, ſeine Schuldloſigkeit zu verteidigen.

3 seditio oreretur. ab his longe divorsas litteras Q. Catulus in senatu
recitavit, quas sibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum
35 exemplum infra scriptum est. ,*L. Catilina Q. Catulo. egregia*
tua fides re cognita, grata mihi magnis in meis periculis, fidu-
2 *ciam commendationi meae tribuit. quam ob rem defensionem*
in novo consilio non statui parare, satisfactionem ex nulla con-
scientia de culpa proponere decrevi, quam mediusfidius veram
3 *licet cognoscas. iniuriis contumeliisque concitatus, quod fructu*
laboris industriaeque meae privatus statum dignitatis non ob-
tinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine sus-
cepi, non quia aes alienum meis nominibus ex possessionibus
solvere non possem, cum et alienis nominibus liberalitas Ore-
stillae suis filiaeque copiis persolveret, sed quod non dignos
homines honore honestatos videbam meque falsa suspicione alie-
4 *natum esse sentiebam. hoc nomine satis honestas pro meo casu*
5 *spes reliquae dignitatis conservandae sum secutus. plura cum*

---

3. *ab his divorsas litteras recitavit,* verſchieden davon war der Brief, den er vorlas. — *nomine Catilinae,* hier wie unſer „mit der Unterſchrift“. Im römiſchen Briefe ſtand der Name des Abſenders und Empfängers zu Anfang des Briefes, wie cap. 35. — *exemplum,* Abſchrift.

35. 1. *re,* durch die That. — *cognita,* zu *fides.* — *grata,* jeweils willkommen. — *fiduciam — tribuit,* erweckt Vertrauen für die Empfehlung meiner Sache.

2. *novo,* neu, unerwartet, ungewöhnlich. — *consilio,* der Abreiſe nach Etrurien. — *defensionem — satisfactionem.* Die treue Geſinnung des Catulus giebt dem Catilina die Gewißheit, daß derſelbe ihn wegen ſeines ungewöhnlichen Entſchluſſes nicht anklage, wogegen er ſich zu verteidigen hätte *(defensio).* Aber er könnte ihn doch wegen des Schrittes ſchief beurteilen, daher ſieht er ſich zu einer Rechtfertigung ſeines Benehmens *(satisfactio)* veranlaßt. — *conscientia de culpa,* ein Begriff. — *mediusfidius,* Beteuerungswort aus *me — Dius (= Jupiter)* und *Fidius* (Beſchützer der Treue).

3. *statum dignitatis,* die mir gebührende Ehrenſtellung. Er fiel ja wiederholt bei der Bewerbung um das Konſulat durch. — *aes alienum,* als Geſamtheit ſeiner Schuldenlaſt, die im Schuldbuch unter verſchiedenen Titeln zu verſchiedenen Malen auf ſeinen Namen eingetragen war (daher *meis nominibus).* — *cum et,* da ja auch. — *alienis nominibus,* Gegenſatz zu *meis nominibus,* ſie wäre mit ihrem Namen, alſo dem Namen eines andern, als des wirklichen Schuldners eingetreten. — *persolveret,* gezahlt hätte, in ſtrenger Gleichzeitigkeit zu *possem.* — *alienatum,* auf die Seite geſchoben.

4. *hoc nomine,* unter dieſem Rechtstitel, d. i. aus dieſem (rechtlichen) Grunde.

scribere vellem, nuntiatum est vim mihi parari. nunc Orestillam 6
commendo tuaeque fidei trado: eam ab iniuria defendas per
liberos tuos rogatus. haveto'.

Sed ipse paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro 36
Arretino, dum vicinitatem antea sollicitatam armis exornat, cum
fascibus atque aliis imperi insignibus in castra ad Manlium con-
tendit. haec ubi Romae comperta sunt, senatus Catilinam et 2
Manlium hostis iudicat, ceterae multitudini diem statuit, ante quam
sine fraude liceret ab armis discedere praeter rerum capitalium
condemnatis. praeterea decernit uti consules dilectum habeant, 3
Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet, Cicero urbi
praesidio sit.

Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo maxume 4
miserabile visum est. cui cum ad occasum ab ortu solis omnia
domita armis parerent, domi otium atque divitiae, quae prima
mortales putant, affluerent, fuere tamen cives qui seque remque
publicam obstinatis animis perditum irent. namque duobus senati 5
decretis ex tanta multitudine neque praemio inductus coniurationem
patefecerat neque ex castris Catilinae quisquam omnium disces-
serat: tanta vis morbi atque uti tabes plerosque civium animos
invaserat. neque solum illis aliena mens erat, qui conscii coniu- 37

---

6. *haveto,* eindringlicher ſtatt des gewöhnlicheren *salve.*

36. 1. *sed ipse,* hebt den Catilina als handelnde Perſon hervor im Gegenſatz zu ſeinem vorher mitgeteilten Schreiben. — *in agro Arretino,* im nördlichen Etrurien, jetzt Arrezzo. — *dum exornat,* Erläuterung zu *paucos dies commoratus.*

2. *sine fraude,* ohne Gefährde, ohne etwas fürchten zu müſſen = ſtraflos. *praeter,* Adverb. — *condemnatis,* zu *liceret.*

36. 4—39. 4. Rückblick auf die Zeitlage.

4. *ea tempestate,* in dieſer ſchwierigen Zeit. — *cui cum,* denn während demſelben. — *otium,* hier Muße im politiſchen Leben, das Freiſein von Kriegen. — *perditum irent,* verderben wollten, ſchärfer beſtimmt durch *obstinatis animis,* mit eigenſinniger Hartnäckigkeit.

5. *ex tanta multitudine,* Verſchworener und ſolcher, welche ohne in der Verſchwörung zu ſein, um die Sache wußten. — *atque uti,* und zwar wie eine Anſteckung. Es war nicht eine bei einem einzelnen vorkommende Krankheit *(plerosque civium animos,)* die Krankheit war eine Epidemie geworden.

37. 1. *neque — probabat,* erläutert den Begriff der politiſchen Epidemie. *aliena (alius),* anders als das Staatswohl es verlangte, verkommen, ſpeziell inbezug auf den Staat „ſtaats-

rationis fuerant, sed omnino cuncta plebes novarum rerum studio
2 Catilinae incepta probabat. id adeo more suo videbatur facere.
3 nam semper in civitate quibus opes nullae sunt bonis invident,
malos extollunt, vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum
mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur,
4 quoniam egestas facile habetur sine damno. sed urbana plebes,
5 ea vero praeceps erat de multis causis. primum omnium, qui
ubique probro atque petulantia maxume praestabant, item alii
per dedecora patrimoniis amissis, postremo omnes, quos flagitium
aut facinus domo expulerat, ei Romam sicut in sentinam confluxe-
6 rant. deinde multi memores Sullanae victoriae, quod ex grega-
riis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut regio
victu atque cultu aetatem agerent, sibi quisque, si in armis
7 foret, ex victoria talia sperabat. praeterea iuventus, quae in agris
manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis
largitionibus excita urbanum otium ingrato labori praetulerat.

---

feindlich". — *fuerant*, welche von Anfang an geweſen waren.

2. *adeo*, bis dahin, ſchließt ſich häufig an ein Adjektiv, Adverb, Zahlwort oder Pronomen an, um dasſelbe ſcharf hervorzuheben. Soweit war es gekommen, daß man etc. — *id facere*, d. i. *probare incepta*. — *more suo*, nach der ihm eigenen, gebührenden Art, d. i. mit eigenem, beſonderem Recht.

3. *sine cura*, ohne ſich für ihren Lebensbedarf kümmern zu müſſen, ohne Sorgen. — *quoniam*, weil, wie ja allgemein bekannt, weil nun einmal. — *egestas habetur*, man hat, trägt die Armut. — *sine damno*, ohne daß man, wie der Beſitzende, bei ſtürmiſchen Umwälzungen Gefahr läuft etwas zu verlieren.

4. *urbana plebes*, das Volk (die große Maſſe) in der Stadt. — *ea vero*, die erſt recht. — *praeceps erat*, war überſtürzend, überſtürzte ſich in der Sucht nach Neuerungen und war zu allem bereit, was zum Umſturz führte.

5. *qui ubique*, wer und wo einer. — *probro atque petulantia*, durch ſchimpfliches Treiben und frechen Mutwillen. — *sicut in sentinam confluxerant*. Die Schlechten werden mit ſchmutzigen Bächen, Rom mit einer Kloake verglichen.

6. *alios senatores, alios ita divites*, infolge der durch Sulla erhaltenen Belohnungen. — *ita* bezeichnet hier mehr die Art, als den Grad des Reichtums und wird durch den folgenden Satz *ut — agerent* erläutert. — *victus*, Lebensunterhalt mit Speiſe und Trank, *cultus*, Pflege des feinern Lebens. Beides ſtand ihnen wie bei Königen zur Verfügung.

7. *toleraverat*, vgl. 24, 3. — *ingrato*, neben *urbanum otium*, doppelſinnig, nicht lohnend und unlieb.

eos atque alios omnis malum publicum alebat. quo minus miran- 8
dum est homines egentis, malis moribus maxuma spe rei publicae
iuxta ac sibi consuluisse. praeterea quorum victoria Sullae pa- 9
rentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum erat,
haud sane alio animo belli eventum exspectabant. ad hoc qui- 10
cumque aliarum atque senatus partium erant, conturbari rem
publicam quam minus valere ipsi malebant. id adeo malum 11
multos post annos in civitatem revorterat. nam postquam Cn. Pom- 38
peio et M. Crasso consulibus tribunicia potestas restituta est,
homines adulescentes summam potestatem nacti, quibus aetas ani-
musque ferox erat, coepere senatum criminando plebem exagitare,
dein largiundo atque pollicitando magis incendere: ita ipsi clari
potentesque fieri. contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas 2
senatus specie pro sua magnitudine. namque uti paucis verum 3
absolvam, post illa tempora quicumque rem publicam agitavere
honestis nominibus, alii sicuti populi iura defenderent, pars quo
senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes pro
sua quisque potentia certabant. neque illis modestia neque modus 4
contentionis erat: utrique victoriam crudeliter exercebant. sed 39
postquam Cn. Pompejus ad bellum maritumum atque Mithrida-

8. *alios omnis*, die oben mit *primum omnium — confluxerant* und *deinde — sperabat* bezeichneten. — *malum publicum*, das am Staat nagende Übel. — *quo*, deshalb umſo. *iuxta ac sibi*, für ſich brauchten ſie nicht zu ſorgen, und vom Staat waren ſie nur gewohnt zu erhalten, hatten alſo ebenſo wenig das Bedürfnis, für ihn zu ſorgen.

9. *praeterea*, führt eine weitere Klaſſe Unzufriedener ein. — *ius libertatis imminutum.* Nach dem Proſkriptionsgeſetz des Sulla wurde nicht nur das Vermögen des Proſkribierten eingezogen, ſondern auch deſſen Söhne verloren das Recht, ſich um Staatsämter zu bewerben.

11. *id adeo*, vgl. 37, 2. — *multos post annos.* Sulla hatte im Jahre 82 die tribuniciſche Gewalt bis zu einem leeren Schein eingeſchränkt, nachdem die Parteikämpfe von den Gracchen bis Marius und Sulla gewütet hatten. Nach Wiederherſtellung der tribuniciſchen Gewalt i. J. 72 durch Pompeius bot ſich nach vielen Jahren wieder das gleiche Übel, wie es ſchon zur Zeit der Gracchen zu Tage getreten war.

38. 1. *summam potestatem*, hier das Tribunat. — *exagitare*, aus ſeiner Ruhe aufrütteln.

2. *senatus specie*, unter dem Scheine für den Senat.

3. *post illa tempora*, ſeit der Wiederherſtellung der tribuniciſchen Gewalt. — *nominibus*, wird durch *alii — defenderent, pars — foret* erklärt. — *modestia — modus*, vgl. 11, 4.

39. 1. *bellum maritumum*, Krieg gegen die Seeräuber i. J. 67.

ticum missus est, plebis opes imminutae, paucorum potentia cre-
2 vit. ei magistratus provincias aliaque omnia tenere, ipsi innoxii
florentes sine metu aetatem agere, ceteros iudiciis terrere, quo
3 plebem in magistratu placidius tractarent. sed ubi primum dubiis
rebus novandi spes oblata est, vetus certamen animos eorum
4 arrexit. quodsi primo proelio Catilina superior aut aequa manu
discessisset, profecto magna clades atque calamitas rem publicam
oppressisset, neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea
uti licuisset, quin defessis et exsanguibus qui plus posset imperium atque libertatem extorqueret.

5 Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt. in eis erat Fulvius senatoris filius, quem
6 retractum ex itinere parens necari iussit. isdem temporibus
Romae Lentulus, sicuti Catilina praeceperat, quoscumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se aut per
alios sollicitabat, neque solum civis, sed cuiusque modi genus
40 hominum, quod modo bello usui foret. igitur P. Umbreno cuidam
negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat eosque si possit
impellat ad societatem belli, existumans publice privatimque aere
alieno oppressos, praeterea, quod natura gens Gallica bellicosa

---

2. *aliaque omnia*, was politiſchen Einfluß forderte und gab (wie z. B. die Wahlen). — *innoxius*, der nicht ſchadet und dem nicht geſchadet wird, unſchädlich und ungefährdet. — *florentes*, in Macht und Anſehen. — *ceteros*, Gegenſatz zu *ipsi*, alle andern, die nicht in der Zahl der *pauci potentes* ſind. — *quo placidius tractarent*, um dadurch das Volk gefügiger zu haben.

3. *dubiis rebus*, durch eingetretene Schwierigkeiten in der Lage der Machthaber. — *eorum*, der *ceteri*, d. i. der *plebs*.

4. *quodsi — discessisset.* Dadurch wäre eine ſolche ſchwierige Lage, wie ſie vorher in *dubiis rebus* angedeutet iſt, für die neuen Machthaber mit den unausbleiblichen Folgen eingetreten. — *aut*, oder auch nur. — *defessis et exsanguibus*, infolge ihres wüſten Treibens, Gegenſatz dazu *qui plus posset.*

39. 5—41. Die Entwickelung der Dinge in Rom. Die Geſandten der Allobroger.

5. *tamen*, im Anſchluß an 36. 3: trotz der Maßnahmen des Senates *initio*, ſogleich anfangs.

6. *quod modo* = *dum modo id.*

40. 1. *legatos Allobrogum.* Geſandte der Allobroger, eines galliſchen Volksſtamms vom Genfer See bis zur Iſere, waren gerade in Rom, um ſich über die Bedrückungen zu beklagen, durch welche der Wohlſtand ihres Gemeinweſens wie des einzelnen, (*publice privatimque aere alieno oppressos*) zerrüttet wurde.

esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quod 2
in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatium notus
erat atque eos noverat. itaque sine mora, ubi primum legatos
in foro conspexit, percontatus pauca de statu civitatis et quasi
dolens eius casum requirere coepit, quem exitum tantis malis spe-
rarent. postquam illos videt queri de avaritia magistratuum, 3
accusare senatum, quod in eo auxili nihil esset, miseriis suis
remedium mortem exspectare, ‚*at ego*' inquit ‚*vobis, si modo viri
esse voltis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis*'.
haec ubi dixit, Allobroges in maxumam spem adducti Umbrenum 4
orare ut sui misereretur: nihil tam asperum neque tam difficile
esse, quod non cupidissume facturi essent, dum ea res civitatem
aere alieno liberaret. ille eos in domum D. Bruti perducit, quod 5
foro propinqua erat neque aliena consili propter Semproniam.
nam tum Brutus ab Roma aberat. praeterea Gabinium arcessit, 6
quo maior auctoritas sermoni inesset. eo praesente coniurationem
aperit, nominat socios, praeterea multos cuiusque generis innoxios,
quo legatis animus amplior esset. deinde eos pollicitos operam
suam domum dimittit. sed Allobroges diu in incerto habuere 41
quidnam consili caperent. in altera parte erat aes alienum stu- 2
dium belli magna merces in spe victoriae, at in altera maiores

---

2. *negotiatus erat,* war als *negotiator*, Geldverleiher, dort geweſen. Römiſche Ritter ließen ſich in den Provinzen nieder, um für ſich durch Geldgeſchäfte hohen Gewinn zu machen. Vgl. 33. 1. Ihre Bedeutung war ſo groß geworden, daß ohne den römiſchen *negotiator* kein Geldgeſchäft weder *publice* noch *privatim* gemacht werden konnte. Gegen ihren Wucher war ſchwer in Rom Schutz zu finden. — *casum* zu *dolens.* — *tantis malis,* Dativ.

3. *at ego,* leitet die plötzliche Unterbrechung ein, mit welcher ihnen eine gegenteilige Lage in Ausſicht geſtellt wird.

4. *asperum,* rauh, gefährlich. — *ea res,* inbezug auf *quod — facturi essent,* ein ſolches Vorgehen, Handeln.

5. *D. Bruti,* des Gemahls der Sempronia, der übrigens nicht beteiligt war. — *consilium,* Anſchlag. — *nam aberat,* in ſeiner Anweſenheit hätte die Zuſammenkunft in ſeinem Hauſe nicht ſtattfinden können.

6. *sermo,* Unterredung. — *innoxios,* die gar nicht beteiligt waren. Vgl. 39, 2. — *animus amplior est,* es wird ihnen weiter ums Herz, ſie faſſen mehr Mut. — *quo,* damit dadurch, daß er ihnen ſo viele Teilhaber nannte. — *operam suam,* ihre Mitwirkung.

41. 1. *in incerto habere,* ſchwanken.

2. *maiores opes,* Gegenſatz zu *aes alienum,* reichlichere Mittel, die ihnen von Rom geboten werden können zur

3 opes tuta consilia pro incerta spe certa praemia. haec illis volven-
4 tibus tandem vicit fortuna rei publicae. itaque Q. Fabio Sangae, cuius patrocinio civitas plurumum utebatur, rem omnem uti
5 cognoverant aperiunt. Cicero per Sangam consilio cognito legatis praecepit ut studium coniurationis vehementer simulent, ceteros adeant, bene polliceantur dentque operam, uti eos quam maxume manifestos habeant.

42 Isdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore,
2 item in agro Piceno Bruttio Apulia motus erat. namque illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando agitando omnia plus timoris quam periculi effecerant. ex eo numero compluris Q. Metellus Celer praetor ex senatus consulto causa cognita in vincula coniecerat, item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei provinciae legatus praeerat.

43 At Romae Lentulus cum ceteris, qui principes coniurationis erant, paratis ut videbatur magnis copiis, constituerant uti, cum Catilina in agrum Faesulanum cum exercitu venisset, L. Bestia

---

Tilgung ihrer Schulden, *tuta consilia*, Gegenſatz zu *studium belli;* die Kriegsluſt führt zum Ungewiſſen, der Anſchluß an den Senat führt zu Entſchließungen, die ganz gefahrlos ſind. — *certa praemia*, ſeitens des Senates, im Gegenſatz zu der *magna merces*, die nur in der Hoffnung beruht.

3. *fortuna*, der gute Stern.

4. *patrocinio*. Unterworfene Völker übertrugen gewöhnlich ihre Unterhandlungen mit dem römiſchen Senat einem vornehmen Römer, zumeiſt einem Abkömmling aus dem Geſchlechte deſſen, der das Volk unterworfen hatte. Q. Fabius Maximus (Allobrogicus) hatte 121 v. Chr. die Allobroger unterworfen.

5. *bene polliceantur*, ſie ſollten tüchtig verſprechen. — *manifestos*, überführt in der Hand halten.

42. Die Bewegung in Ober- und Unteritalien.

42. 2. *illi quos — dimiserat*, die Sendlinge des Catilina. — *ac*, ſteigernd = unüberlegt, ja wie wahnſinnig. — *armorum atque telorum*, Zerlegung der Waffen in Schutz- und Angriffswaffen, zur Ausmalung. — *plus timoris*, bei der Bevölkerung, *quam periculi*, als wirkliche aus ſolchem Beginnen drohende Gefahr.

3. *ex eo numero*, = *ex numero eorum, quos Catilina dimiserat*. — *causa cognita*, nach Feſtſtellung des Thatbeſtandes.

43. Der Mordplan.

43. 1. *in agrum Faesulanum*. Der Plan war, daß, wenn Catilina mit bewaffneter Macht in die Nähe von Rom gekommen wäre (vgl. 32, 2), in der Stadt das allgemeine Morden und Brennen beginnen ſolle, damit

tribunus plebis contione habita quereretur de actionibus Ciceronis
bellique gravissumi invidiam optumo consuli imponeret: eo signo
proxuma nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque nego-
tium exsequeretur. sed ea divisa hoc modo dicebantur: Statilius 2
et Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca
urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad consulem cete-
rosque quibus insidiae parabantur fieret; Cethegus Ciceronis ianuam
obsideret eumque vi aggrederetur, alius autem alium, sed filii fa-
miliarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentis inter-
ficerent, simul caede et incendio perculsis omnibus ad Catilinam
erumperent. inter haec parata atque decreta Cethegus semper 3
querebatur de ignavia sociorum: illos dubitando et dies prola-
tando magnas opportunitates corrumpere, facto, non consultando
in tali periculo opus esse seque, si pauci adiuvarent, languentibus
aliis impetum in curiam facturum. natura ferox vehemens manu 4
promptus erat, maxumum bonum in celeritate putabat.

Catilina den Mordbrennern in der Stadt die Hand reichen könne. Die vorher ſchon genannte Stadt *Faesulae* im nördlichen Etrurien war aber zu dieſem Zweck viel zu weit — mehr als 100 römiſche Meilen — entfernt. Man nimmt daher in *ager Faesulanus* hier ein ungefähr einen Tagemarſch von Rom entferntes Gebiet an, das von einer gleichfalls *Faesulae* genannten Stadt noch den Namen behalten hatte. — *de actionibus*, über die einzelnen Amtshandlungen. — *invidiam*, die Gehäſſigkeit. — *optumo*, ironiſch entweder im Sinne des Beſtia, der den Haß auf den von der Senatspartei als *optumus* geprieſenen Konſul wälzen wollte, oder im Sinne des Salluſtius, der nicht auf der Seite Ciceros ſtand. — *eo signo*, wenn Beſtia in der Verſammlung der *plebs* den Brand geſchürt hätte. — *proxuma nocte*, in der auf dieſe Verſammlung folgenden Nacht. Der Tag dieſer Verſammlung iſt nur allgemein angedeutet durch *cum Catilina in agrum Faesulanum venisset*; die Ausführung des Mordplanes wurde nachher auf den 19. Dezember, das Feſt der Saturnalien, verſchoben. — *cetera multitudo coniurationis*, alle übrigen Genoſſen der Verſchwörung.

2. *ea*, nämlich *negotia*. — *quibus — parabantur*, ein Zuſatz des Schriftſtellers. Unter den *ceteri* waren die betreffenden Perſonen ſchon bekannt. — *sed*, aber namentlich. — *filii familiarum*, hier = die eigenen Söhne. — *quorum maxuma pars*, der größte Teil der in der Verſchwörung beteiligten Söhne war aus dem Adel.

3. *inter haec parata atque decreta*, während ſo vorbereitet u. beſchloſſen wurde. — *dies*, die Tage des Handelns = das Handeln von einem Tag auf den andern. — *pauci*, nur wenige. *aliis*, hier im Gegenſatz zu *pauci* = *ceteris*.

4. *manu promptus*, mit der Hand, d. i. jederzeit zur That bereit.

44 Sed Allobroges ex praecepto Ciceronis per Gabinium ceteros
conveniunt. ab Lentulo Cethego Statilio item Cassio postulant ius-
iurandum, quod signatum ad civis perferant: aliter haud facile
2 eos ad tantum negotium impelli posse. ceteri nihil suspicantes
dant, Cassius semet eo brevi venturum pollicetur ac paulo ante
3 legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum eis T. Volturcium
quendam Crotoniensem mittit, ut Allobroges prius quam domum
pergerent, cum Catilina data atque accepta fide societatem con-
4 firmarent. ipse Volturcio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum
infra scriptum est. ‚*Qui sim ex eo quem ad te misi cognosces.*
fac cogites in quanta calamitate sis, et memineris te virum esse.
5 *consideres quid tuae rationes postulent. auxilium petas ab*
omnibus, etiam ab infimis‘. ad hoc mandata verbis dat: *cum*
ab senatu hostis iudicatus sit, quo consilio servitia repudiet?
in urbe parata esse quae iusserit. ne cunctetur ipse propius
45 *accedere.* his rebus ita actis, constituta nocte qua proficisceren-
tur, Cicero per legatos cuncta edoctus L. Valerio Flacco et
C. Pomptino praetoribus imperat ut in ponte Mulvio per insidias
Allobrogum comitatus deprehendant; rem omnem aperit, cuius
gratia mittebantur, cetera, uti facto opus sit, ita agant permittit.
2 illi, homines militares, sine tumultu praesidiis collocatis, sicuti
3 praeceptum erat, occulte pontem obsidunt. postquam ad id loci
legati cum Volturcio venerunt et simul utrimque clamor exortus

---

44. 45. Die trügeriſchen Verhandlungen der Geſandten der Allobroger mit den Verſchworenen. Verhaftung der Allobroger und ihres Begleiters Volturcius.

44. 1. *signatum.* Jeder der Genannten ſollte ſeine ſchriftliche Erklärung zur Beglaubigung mit ſeinem Siegel verſehen.

2. *eo,* zu den Allobrogern.

3. *prius quam pergerent,* nämlich *ire,* vor der Abreiſe. — *data atque accepta fide,* durch gegenſeitige eidliche Verpflichtung.

4. *misi,* Perfekt im Brief, wo im Deutſchen ein Präſens ſteht.

5. *rationes,* Rechnungen, Berechnungen, hier des eigenen Vorteils, die Intereſſen.

45. 1. *qua proficiscerentur,* zur Abreiſe. Es war die Nacht vom 2. auf den 3. Dezember. — *pons Mulvius,* nördlich von Rom, am Ausgangspunkt der nach Etrurien und Gallien führenden via Flaminia. — *Allobrogum comitatus,* die Allobroger mit ihrer ganzen Begleitung, der galliſchen, wie des Volturcius (daher der Plural). — *uti facto opus sit,* wie zu handeln die Umſtände nötig machten. So ſetzt Salluſt bei *opus est* das Part. perf. pass.

3. *ad id loci,* an dieſe Stelle, nicht ganz gleichbedeutend mit *ad eum*

est, Galli cito cognito consilio sine mora praetoribus se tradunt;
Volturcius primo cohortatus ceteros gladio se a multitudine de- 4
fendit, deinde ubi a legatis desertus est, multa prius de salute
sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus
ac vitae diffidens velut hostibus sese praetoribus dedit.

Quibus rebus confectis omnia propere per nuntios consuli 46
declarantur. at illum ingens cura atque laetitia simul occupavere. 2
nam laetabatur intellegens coniuratione patefacta civitatem peri-
culis ereptam esse; porro autem anxius erat, dubitans in maxumo
scelere tantis civibus deprehensis quid facto opus esset: poenam
illorum sibi oneri, impunitatem perdundae rei publicae fore cre-
debat. igitur confirmato animo vocari ad sese iubet Lentulum 3
Cethegum Statilium Gabinium itemque Caeparium Tarracinensem,
qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat. ceteri 4
sine mora veniunt, Caeparius paulo ante domo egressus cognito
indicio ex urbe profugerat. consul Lentulum, quod praetor erat, 5
ipse manu tenens perducit, reliquos cum custodibus in aedem
Concordiae venire iubet. eo senatum advocat magnaque fre- 6
quentia eius ordinis Volturcium cum legatis introducit, Flaccum
praetorem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem
afferre iubet. Volturcius interrogatus de itinere, de litteris, po- 47
stremo quid aut qua de causa consili habuisset, primo fingere
alia, dissimulare de coniuratione; post ubi fide publica dicere

---

locum. — *cognito consilio,* ſie erkannten ſofort den Anſchlag.

4. *dedit,* von *dedo.*

46. 47. Verhör im Senat.

46. 2. *porro,* des weitern. *perdundae reipublicae.* Neben *oneri* verlangt die Gleichmäßigkeit der Konſtruktion, daß *perdundae reipublicae* Dativ ſei. Doch müßten auch hier, wie vorher *sibi oneri* zwei Dative ſtehen, etwa *rei publicae perniciei.* Man wird alſo wie *conservandae reipublicae* 6, 7 hier *perdundae reipublicae* als eine Art Eigenſchaftsgenetiv nehmen müſſen.

3. *confirmato animo,* nachdem er von der Sorge wieder Ruhe gewonnen hatte, ruhiger geworden war.

4. *ceteri — Caeparius,* alle — nur. — *domo egredi,* ausgehen. — *cognito indicio,* er hatte bei ſeinem Ausgang von der Anzeige Kunde erhalten und war flüchtig geworden (nämlich vor der Ladung Ciceros). — *manu tenens,* an der Hand. — *perducit,* nämlich in *in aedem Concordiae.* Dieſer Tempel war neben dem Kapitol.

47. 1. *quid aut qua de causa consili habuisset,* ähnlich wie 21. 1. *quid ubique opis esset,* was für eine Abſicht und aus welchem Grunde er ſie gehabt hätte. — *dissimulare de coniuratione,* inbetreff der Verſchwörung (gefragt) verſtellte er ſich. — *fide publica,* unter Zuſicherung des

iussus est, omnia uti gesta erant aperit docetque se paucis ante diebus a Gabinio et Caepario socium adscitum nihil amplius scire quam legatos, tantummodo audire solitum ex Gabinio P. Autronium S. Sullam L. Vargunteium, multos praeterea in ea coniura-
2 tione esse. eadem Galli fatentur ac Lentulum dissimulantem coarguunt praeter litteras sermonibus, quos ille habere solitus erat: ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri. praeterea ab incenso Capitolio illum esse vigesumum annum, quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent bello
3 civili cruentum fore. igitur perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognovissent, senatus decernit uti abdicato magistratu
4 Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat, Cethegus Q. Cornificio Statilius C. Caesari Gabinius M. Crasso Caeparius — nam is paulo ante ex fuga retractus erat — C. Terentio senatori traduntur.

48 Interea plebs coniuratione patefacta, quae primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutata mente Catilinae consilia ex-

---

Schutzes des Staates. — *quam legatos,* ein verkürzter Ausdruck = als die Abmachung mit den Gesandten. Vgl. 44. 3, wo Volturcius als eine nicht gerade hervorragende Persönlichkeit (*Volturcium quendam*) erscheint, sondern vielmehr nur als Werkzeug.

2. *antea*, nämlich *fuisse*, *quibus fatum esset.* — *ab incenso Capitolio.* Das Kapitol brannte i. J. 83 ab. — *illum*, durch die oratio obliqua erfordert statt *hunc*, wie *tum* für *nunc*, „das sei das“ etc.

3. *cum prius cognovissent.* Die Briefe wurden uneröffnet vorgelegt und erst eröffnet, nachdem die Siegel von den Absendern als ächt erkannt, d. i. als die ihrigen anerkannt worden waren. — *abdicato magistratu*, in seltener Konstruktion statt der gewöhnlichen *abdicare se magistratu.* Durch den Rücktritt vom Amt wurde Lentulus gewöhnlicher Privatmann und das freie Strafrecht konnte zur Geltung kommen. — *liberis custodiis.* Freie Haft, im Gegensatz zu Gefängnishaft, war Zurückhaltung im Hause eines vertrauenswürdigen Bürgers, der die Verantwortung für den Zurückgehaltenen übernahm.

48. 49. Verdächtigung des Crassus und Cäsar.

48. 1. *interea*, hier nicht „während dessen,“ sondern „indessen“ = aber; eigentlich aus einer Ellipse zu erklären: inzwischen hatte das Volk, während es allzu sehr dem Kriege günstig war (*favebat*), seine Gesinnung geändert und verwünschte ihn jetzt. Cicero hatte noch am Abend des 3. Dez. auf dem Forum in der 3. catilinarischen Rede Mitteilung von den Vorgängen an das Volk gemacht.

secrari, Ciceronem ad caelum tollere: veluti ex servitute erepta
gaudium atque laetitiam agitabat. namque alia belli facinora 2
praedae magis quam detrimento fore, incendium vero crudele im-
moderatum ac sibi maxume calamitosum putabat, quippe cui
omnes copiae in usu cotidiano et cultu corporis erant.

Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus 3
erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aie-
bant. is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica 4
data esset, iussus a consule quae sciret edicere, eadem fere quae
Volturcius de paratis incendiis de caede bonorum de itinere ho-
stium senatum docet, praeterea se missum a M. Crasso, qui
Catilinae nuntiaret ne eum Lentulus et Cethegus aliique ex con-
iuratione deprehensi terrerent, eoque magis properaret ad urbem
accedere, quo et ceterorum animos reficeret et illi facilius e
periculo eriperentur. sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, homi- 5
nem nobilem, maxumis divitiis, summa potentia, alii rem incre-
dibilem rati, pars tametsi verum existumabant, tamen quia in
tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quam exagitanda
videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii conclamant
indicem falsum esse deque ea re postulant uti referatur. itaque 6

— *laetitiam*, die nach außen, durch äußere Zeichen ſich kundgebende Freude; *gaudium atque laetitia*, laute Freude.

2. *alia belli facinora*, im Gegenſatz zu *incendium*. Die *plebs* konnte aus dem Krieg, wie ſie ihn ſich vorſtellte, nur Gewinn erwarten; wenn er aber Brand und Verheerung der Stadt war, konnte ſie nur verlieren. Letzteres wird durch *quippe cui — erant* erläutert. — *quippe qui*, ſonſt mit dem Konjunktiv. — *omnes copiae*, das ganze Vermögen beſtand in dem, was der tägliche Bedarf und die Pflege des Körpers forderten. *et cultu corporis*, iſt erklärend zu *usu cotidiano* beigefügt: denn ihr ganzer täglicher Bedarf beſchränkt ſich auf die leibliche Pflege.

3. *post eum diem*, nach dem 3. Dezember.

4. *eoque magis*, gerade wegen der Gefangennahme. — *quo*, damit dadurch.

5. *in tali tempore*, in einer ſo beſchaffenen, d. i. ſo bedenklichen Lage. — *negotiis privatis*, durch perſönliche Geſchäfte, d. i. Geldangelegenheiten. Der reiche und gewinnſüchtige Craſſus trieb das Geldgeſchäft im großen. Daher war auch ſeine Macht ſo groß *(tanta vis)*. — *uti referatur*, nämlich *a consule*, der Konſul ſolle den Gegenſtand zur Beratung ſtellen. Die Stimmung war die, daß die Sache endgültig abgethan werden ſollte; zu einem Beſchluſs des Senates war aber nach der Geſchäftsordnung erforderlich,

consulente Cicerone frequens senatus decernit, Tarquini indicium falsum videri eumque in vinculis retinendum neque amplius potestatem faciundam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantam rem
7 esset mentitus. erant eo tempore qui existumarent indicium illud a P. Autronio machinatum, quo facilius appellato Crasso
8 per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus more suo
9 suscepto malorum patrocinio rem publicam conturbaret. ipsum Crassum ego postea praedicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam.

49 Sed isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Caesar falso nominaretur.
2 nam uterque cum illo gravis inimicitias exercebant: Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum, Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus, ab

---

daß der Gegenſtand von dem Konſul zur Beratung, beziehungsweiſe Beſchlußfaſſung vorgetragen wurde *(referre ad senatum)*.

6. *consulente,* der Konſul forderte den Senat zur Meinungsäußerung auf, *consulit senatum.* Die Abſtimmung erfolgte entweder nach Darlegung der Meinungen der Senatoren, oder auch kurzweg, indem dieſe auf eine beſondere Auseinanderſetzung ihrer Anſicht verzichteten. Das letztere, abgekürzte Verfahren war hier der Fall (Abſtimmung ohne Beſprechung). — *potestatem,* nämlich *indicandi.*

7. *machinatum.* Deponentia erſcheinen mitunter, beſonders in der Form des part. perf. paſſiviſch. — *appellato Crasso,* durch Beiziehung des Namens Craſſus.

8. *immissum*, in die Sache verflochten, vorgeſchoben. — *more suo,* zu *suscepto patrocinio.*

49. 1. *precibus, gratia, pretio,* eine Steigerung. — *gratia,* das perſönliche gegenſeitige Verhältnis des guten Einvernehmens und der Beliebtheit.

2. *oppugnatus,* von Cäſar, als dem *patronus* der Gallier in Rom. — *in iudicio pecuniarum repetundarum.* Die Gallier klagten wegen Erpreſſung, da trat Cäſar hinzu mit der Klage wegen Hinrichtung eines Galliers. — *ex petitione pontificatus.* Catulus, princeps senatus, war, obwohl er alle hohen Ämter bekleidet hatte und zu den angeſehenſten Männern Roms zählte, doch dem Cäſar in der Bewerbung um das Amt des Pontifex maximus unterlegen. — *ab adulescentulo,* im Sinne des Catulus mit Bitterkeit. Denn Cäſar war bei dieſer Bewerbung 37 Jahre alt, allerdings für das Amt des Pontifex maximus noch jung, da dasſelbe in der Regel den älteſten u. verdienteſten Männern zufiel.

adulescentulo Caesare victus discesserat. res autem opportuna 3
videbatur, quod is privatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. sed ubi consulem ad 4
tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singillatim circumeundo atque ementiundo quae se ex Volturcio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant, usque eo, ut nonnulli equites Romani, qui praesidi causa cum telis erant circum aedem Concordiae, seu periculi magnitudine seu animi mobilitate impulsi, quo studium suum in rem publicam clarius esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitarentur.

Dum haec in senatu aguntur et dum legatis Allobrogum et 50
T. Volturcio, comprobato eorum indicio, praemia decernuntur, liberti et pauci ex clientibus Lentuli divorsis itineribus opifices atque servitia in vicis ad eum eripiundum sollicitabant, partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rem publicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos 2
suos lectos et exercitatos in audaciam orabat, ut grege facto cum telis ad sese irrumperent. consul ubi ea parari cognovit, dispo- 3
sitis praesidiis, ut res atque tempus monebat, convocato senatu refert quid de eis fieri placeat, qui in custodiam traditi erant. [sed eos paulo ante frequens senatus iudicaverat contra rem publicam

---

3. *res,* die Lage, nämlich Cäſars. — *opportuna,* zur Verdächtigung Cäſars. — *privatim,* zu *liberalitate,* in ſeinen perſönlichen Beziehungen; ebenſo *publice* zu *muneribus,* in ſeiner Stellung als Beamter (Ädil). Bekannt iſt Cäſars Aufwand in beiden Beziehungen.

4. *quae se audisse dicerent,* = *cum dicerent se ea* (nämlich was ſie logen) *audisse.* — *animi mobilitate,* wird durch *quo — esset* erklärt. Sie ließen ſich leicht bewegen, auf die Seite der Gegner des Cäſar zu treten. — *egredienti,* nachdem er am 5. Dez. die c. 51 mitgeteilte Rede gehalten hatte.

50. Maſsnahmen Ciceros gegen einen Handſtreich. Verhandlung über die Verſchworenen im Senat.

50. 1. *comprobato indicio,* vgl. 30. 6. — *opifices,* die Arbeiter. — *duces multitudinum,* Führer von Haufen. In den damaligen, von der Revolution ganz zerſetzten Verhältniſſen fehlte es nicht an ſolchen Führern, welche um Geld alles thaten.

2. *familiam,* ſeine Sklaven. — *lectos,* auserleſene, hier = vorzügliche Leute. — *exercitatos in audaciam,* für die Kühnheit, zu kühnen Streichen geübt. — *grege facto,* ſie ſollten ſich zu einem Haufen ſcharen und zu ihm durchbrechen.

3. *qui in custodiam traditi erant,* vgl. 47. 3.

4 fecisse.] tum D. Iunius Silanus primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de eis qui in custodiis tenebantur et praeterea de L. Cassio P. Furio P. Umbreno Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumundum decreverat isque postea permotus oratione C. Caesaris pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat, quod de ea re praesidiis additis referundum
5 censuerat. sed Caesar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam a consule huiuscemodi verba locutus est:

51 ‚*Omnis homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio amicitia ira atque misericordia vacuos esse*
2 *decet. haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt: neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit. ubi in-*
3 *tenderis ingenium, valet: si lubido possidet, ea dominatur, ani-*
4 *mus nihil valet. magna mihi copia est memorandi, patres conscripti, qui reges atque populi ira aut misericordia impulsi male consuluerint. sed ea malo dicere, quae maiores nostri contra lubidinem animi sui recte atque ordine fecere.*
5 *bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas magna atque magnifica, quae populi Romani opibus cre-*

---

4. *tum,* ſchließt an *refert* an. — *primus rogatus.* Die Senatoren wurden von dem Vorſitzenden in genauer Beachtung ihrer Rangſtufe um ihre Meinungsäußerung befragt. Der *princeps senatus* war der deſignierte Konſul, in Ermangelung eines ſolchen der geweſene Konſul, Prätor u. ſ. w. — *pedibus in sententiam iturum.* Wenn niemand mehr das Wort nahm, wurde zur Abſtimmung geſchritten, in der Weiſe, daß man auf die eine oder andere Seite trat. — *praesidiis abductis.* Zum Schutze der Senatsſitzung waren Ritter aufgeſtellt. Vgl. 49. 4.

51. Die Rede Cäſars.

51. 2. *lubidini,* zuſammenfaſſend inbezug auf *odium, amicitia, ira, misericordia,* dem perſönlichen Belieben, oder in höherem Grade „der Leidenſchaft". Gegenſatz dazu iſt objektiv der praktiſche Nutzen, *usus.* — *paruit,* aoriſtiſches Perfekt.

3. *ingenium,* die angeborene Kraft des Geiſtes, die geiſtige Kraft, der Geiſt. — *animus,* Gegenſatz zu *lubido,* das geiſtige Weſen.

4. *magna — memorandi,* groß iſt die Zahl, die ich anführen kann. *copia* hat hier doppelte Bedeutung, Möglichkeit anzuführen und Menge derer, die angeführt werden können. — *recte atque ordine,* hervorhebender Pleonasmus: recht und in Ordnung, wie ſichs' gehört.

5. *Perse,* von dem Nominativ *Perses* nach der 1. Deklination, ſonſt *Perseus.* — *magna,* groß bezüglich der Macht, *magnifica,* prächtig bezüglich der äußern Erſcheinung. — *quae — creverat.* Nach der Beſiegung des Antiochus von Syrien (189) erhielt

verat, infida et advorsa nobis fuit. sed postquam bello con-
fecto de Rhodiis consultum est, maiores nostri, ne quis divi-
tiarum magis quam iniuriae causa bellum inceptum diceret,
impunitos eos dimisere. item bellis Punicis omnibus, cum saepe 6
Carthaginienses et in pace et per indutias multa nefaria
facinora fecissent, numquam ipsi per occasionem talia fecere:
magis quid se dignum foret quam quid in illos iure fieri posset
quaerebant. hoc item vobis providendum est, patres conscripti, 7
ne plus apud vos valeat P. Lentuli et ceterorum scelus quam
vostra dignitas, neu magis irae vostrae quam famae consulatis.
nam si digna poena pro factis eorum reperitur, novum con- 8
silium approbo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsu-
perat, eis utendum censeo quae legibus comparata sunt. pleri- 9
que eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite atque
magnifice casum rei publicae miserati sunt. quae belli saevitia
esset, quae victis acciderent, enumeravere; rapi virgines pueros,
divelli liberos a parentum complexu, matres familiarum pati
quae victoribus collubuissent, fana atque domos spoliari, caedem
incendia fieri, postremo armis cadaveribus cruore atque luctu
omnia compleri. sed, per deos immortalis, quo illa oratio per- 10

Rhodus von den Römern Lycien und Karien als Lohn der Bundesgenoſſenſchaft. — *infida et advorsa.* In dem hier erwähnten mazedoniſchen Krieg (171—168) leiſteten die Rhodier den Römern keine Hilfe und neigten zu Perſeus. Nach dem Kriege wurde auf Befehl des Senates gegen die Anhänger des Perſeus ſcharfes Gericht geübt, ſo daß viele entflohen. Auf Verwendung des Cato wurden ſie von Krieg verſchont; doch wurden ihnen Lycien und Karien, ſo wie die römiſche Bundesgenoſſenſchaft wieder genommen.

6. *numquam — fecere,* eine Übertreibung römiſcher Eigenliebe. — *per occasionem,* wo ſich Gelegenheit bot.

7. *item,* zu *vobis. hoc,* anſchließend an den letzten Satz weiſt zugleich auf die Erklärung *ne — consulatis* hin. *consulere,* Bedacht nehmen.

8. *pro,* im Verhältnis zu. — *novum,* bisher noch nicht vorgekommen. Das Neue war, daß der Senat, nicht das Gericht die Todesſtrafe ausſprechen ſollte, und daß letztere *iniussu populi* ausgeſprochen werden ſollte. Beides war gegen das Geſetz. — *omnium ingenium exsuperat,* überſteigt allen Begriff. Das Verbrechen iſt ſo groß, wie es ſich niemand vorſtellen kann. — *comparata,* an die Hand gegeben.

9. *composite,* in kunſtgerechter Zuſammenſtellung, *magnifice,* in glänzenden Worten.

10. *quo — pertinuit,* wohin zielte, was war der Zweck jener Worte?

tinuit? an uti vos infestos coniurationi faceret? scilicet quem res tanta et tam atrox non permovit, eum oratio accendet.
11 *non ita est, neque cuiquam mortalium iniuriae suae parvae*
12 *videntur; multi eas gravius aequo habuere. sed alia aliis licentia est, patres conscripti. qui demissi in obscuro vitam habent, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt, fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio praediti in excelso*
13 *aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. ita in*
14 *maxuma fortuna minuma licentia est. neque studere neque odisse, sed minume irasci decet. quae apud alios iracundia dicitur,*
15 *ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. equidem ego sic existumo, patres conscripti, omnis cruciatus minores quam facinora illorum esse. sed plerique mortales postrema meminere, et in hominibus impiis sceleris eorum obliti de poena disserunt, si ea paulo severior fuit.*

16 *D. Silanum virum fortem atque strenuum certo scio quae dixerit studio rei publicae dixisse neque illum in tanta re gratiam aut inimicitias exercere: eos mores eamque modestiam*
17 *viri cognovi. verum sententia eius mihi non crudelis — quid enim in talis homines crudele fieri potest? — sed aliena a re*
18 *publica nostra videtur. nam profecto aut metus aut iniuria te subegit, Silane, consulem designatum genus poenae novum*
19 *decernere. de timore supervacaneum est disserere, cum praesertim diligentia clarissumi viri consulis tanta praesidia sint*

---

11. *non ita est,* nicht ſo iſt es, d. i. der Worte bedarf es nicht. — *iniuriae suae,* die ihm widerfahrene Unbill. — *habuere,* gewöhnlicher *aegre, graviter ferre.*

12. *demissi,* in niedriger Lebensſtellung, *in excelso,* an hervorragender Stelle.

13. *in maxuma fortuna,* in der höchſten Stellung. — *studere odisse,* geneigt, abgeneigt ſein, von Zuneigung, Haß ſich beſtimmen laſſen.

15. *equidem,* das durch *e* verſtärkte *quidem,* wird gebraucht, um die perſönliche Anſicht hervorzuheben.

16. *fortem et strenuum,* entſchloſſen und thatkräftig. — *modestiam,* Mäßigung.

17. *aliena a republica nostra,* iſt nicht in Übereinſtimmung mit unſerm Gemeinweſen; daher unten *genus poenae novum.*

18. *metus,* des Silanus, *iniuria,* der Verſchworenen.

19. *de timore — armis,* erledigt kurz den erſten Teil der Annahme *aut metus subegit* als unzutreffend. „Was die Furcht betrifft." Der zweite Teil der Annahme *aut iniuria subegit* wird 20—26 behandelt, aber ſo, daß nicht die *iniuria,* ſondern die Unzulänglichkeit jeder Strafe,

in armis. de poena possum equidem dicere, id quod res habet, 20
in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem non cru-
ciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque
curae neque gaudio locum esse. sed, per deos immortalis, quam 21
ob rem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos
animadvorteretur? an quia lex Porcia vetat? at aliae leges item 22
condemnatis civibus non animam eripi sed exsilium permitti
iubent. an quia gravius est verberari quam necari? quid autem 23
acerbum aut nimis grave est in homines tanti facinoris con-
victos? sin quia levius est: qui convenit in minore negotio 24
legem timere, cum eam in maiore neglegeris? at enim quis 25
reprehendet, quod in parricidas rei publicae decretum erit?

---

alſo auch die Unzweckmäßigkeit der von Silanus geforderten, als einer gegen die Geſetze verſtoßenden nachgewieſen werden ſoll.

20. *id quod res habet,* was in der Sache liegt. Vgl. 11. 3.

21. *sed.* Aber, wenn der Tod nicht eine Strafe, ſondern eine Befreiung von den Leiden iſt, warum etc.

22. *lex Porcia* verbot, daß ein römiſcher Bürger, ohne ihm Berufung ans Volk zu geſtatten, getötet oder mit den Liktorſtäben geſchlagen werde. — *aliae leges.* Welche gemeint ſind, iſt nicht näher zu beſtimmen. — *exsilium permitti.* Es war allgemeines römiſches Recht, daß man der Verurteilung durch freiwillige Entfernung aus Rom (*exsilium*) ſich entziehen konnte. Die durch das Gericht ausgeſprochene Strafe der Verbannung war *aquae et ignis interdictio.*

24. *sin,* Gegenſatz zu der in *an* liegenden Bedingung: *si non addidisti, quia gravius est.* — *in minore negotio* bezieht ſich auf *quia levius est,* hier: in etwas Geringerem. Als das Geringere wird durch die Folgerung die Geißelung dargeſtellt gegenüber dem Antrag auf Todesſtrafe. — Die Folgerungen Cäſars ſchließen ſich folgendermaßen an einander an: 1. Der Tod iſt nicht Strafe, ſondern Wohlthat. 2. Man hätte alſo eine Verſchärfung erwarten können, etwa durch Antrag auf Geißelung. 3. Dieſer Antrag unterblieb a) entweder, weil das Geſetz entgegen iſt. Dann mußte aber auch der Antrag auf Todesſtrafe unterbleiben, weil gleichfalls das Geſetz gegen dieſelbe iſt und ihr durch Gewährung freiwilligen Exils zuvorkommt. b) oder der Antrag unterblieb, weil er härter ſchien, als die Todesſtrafe. Dem widerſpricht, daß für das vorliegende Verbrechen nichts zu hart iſt. c) oder er unterblieb, weil er leichter ſchien, als die Todesſtrafe. Dann ſollte man ſich aber nicht über das Geſetz wegſetzen, wo man ſchwereres (die Todesſtrafe) verlangt, während man bei dem leichtern ſich ſcheut, das Geſetz zu verletzen. An dieſe Folgerungen werden im folgenden die politiſchen Erwägungen angeſchloſſen.

25. *at enim,* aber ja. *at* leitet den Einwurf ein: du folgerſt unrichtig;

26 *tempus dies fortuna, cuius lubido gentibus moderatur. illis me-*
rito accidet quidquid evenerit. ceterum vos, patres conscripti,
27 *quid in alios statuatis considerate. omnia mala exempla ex*
rebus bonis orta sunt. sed ubi imperium ad ignaros eius
aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis
28 *et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedae-*
monii devictis Atheniensibus triginta viros imposuere, qui rem
29 *publicam eorum tractarent. ei primo coepere pessumum quem-*
que et omnibus invisum indemnatum necare. ea populus laetari
30 *et merito dicere fieri. post ubi paulatim licentia crevit, iuxta*
31 *bonos et malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere: ita*
civitas servitute oppressa stultae laetitiae gravis poenas dedit.
32 *nostra memoria victor Sulla cum Damasippum et alios eius-*
modi, qui malo rei publicae creverant, iugulari iussit, quis
non factum eius laudabat? homines scelestos et factiosos, qui
seditionibus rem publicam exagitaverant, merito necatos aie-
33 *bant. sed ea res magnae initium cladis fuit. nam uti quisque*

---

denn wer etc. *tempus*, die Zeitumſtände, *dies*, der Tag, ein einzelner kleiner Abſchnitt aus denſelben, *fortuna*, der Zufall, wieder ein kleiner Abſchnitt aus dem *dies;* ſie ſind es, deren Willkür etc.; alſo eine abſteigende Klimax.

26. *ceterum,* im übrigen, weiſt mit dem Anſchluß von *vos*, auf die beſondere Stellung des Senates hin; daher iſt hier auch mit beſonderer Betonung *patres conscripti* zu *vos* hinzugefügt.

27. *mala exempla,* kurz = *exempla malarum rerum,* thatſächliche Beiſpiele ſchlechter Handlungen, hier mit Beziehung auf das Staatsweſen, ſchlechter Maßnahmen. — *imperium,* die Gewalt. — *ignaros eius,* welche die Gewalt nicht richtig zu gebrauchen verſtehen. — *minus bonos*, weniger brave. — *sed*, ſchließt wie *novum illud exemplum* an *ex bonis* an. Was Silanus jetzt beantragt, mag gut ſein; aber wenn etc. — *novum illud exemplum*, ein ſolches, bisher noch nicht dageweſenes Beiſpiel einer Maßnahme, wie ſie Silanus beantragt. — *transfertur*, geht über, die *indigni* machen das *novum exemplum* nach und ſchaffen damit Unheil. Bei *novum* iſt in der Rede Cäſars immer der Begriff des Außergewöhnlichen (Außergeſetzlichen) feſtzuhalten.

32. *Damasippum et alios eiusmodi.* Der jüngere Marius, von Sulla beſiegt, nahm noch blutige Rache an den Sullanern. Sein Anhänger L. Damaſippus berief als ſtädtiſcher Prätor den Senat in die Hoſtiliſche Kurie und ließ alle Gegner der marianiſchen Partei, ſoweit ſie nicht entkamen, niedermachen. In dem Treffen, welches vor den Thoren der Stadt folgte, fiel er ſelbſt. *iugulari iussit* iſt alſo nicht ganz zutreffend.

33. *res,* Vorfall, Ereignis. — *clades,*

*domum aut villam, postremo vas aut vestimentum alicuius con-
cupiverat, dabat operam ut is in proscriptorum numero esset.
ita illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, paulo post* 34
*ipsi trahebantur, neque prius finis iugulandi fuit quam Sulla
omnis suos divitiis explevit. atque ego haec non in M. Tullio* 35
*neque his temporibus vereor, sed in magna civitate multa et
varia ingenia sunt. potest alio tempore alio consule, cui item* 36
*exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi: ubi hoc
exemplo per senatus decretum consul gladium eduxerit, quis illi
finem statuet aut quis moderabitur? maiores nostri, patres con-* 37
*scripti, neque consili neque audaciae umquam eguere, neque illis
superbia obstabat quo minus aliena instituta, si modo proba
erant, imitarentur. arma atque tela militaria ab Samnitibus,* 38
*insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt. po-
stremo quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur,
cum summo studio domi exsequebantur: imitari quam invidere
bonis malebant. sed eodem illo tempore Graeciae morem imi-* 39
*tati verberibus animadvortebant in civis, de condemnatis sum-
mum supplicium sumebant. postquam res publica adolevit et* 40
*multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes,
alia huiuscemodi fieri coepere, tum lex Porcia aliaeque leges
paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est.*

Blutbad. — *postremo,* ſchließlich nur, hebt die Geringfügigkeit des Gegenſtandes hervor, wegen deſſen die Schlachtbank drohte.

34. *trahebantur,* wurden hingeſchleppt.

35. *in M. Tullio,* bei einem Tullius, d. i. wenn ein Mann wie Cicero an der Spitze ſteht.

36. *hoc exemplo,* des Silanus, *per senatus decretum,* wenn der Senat den Antrag des Silanus gutgeheißen hat, alſo unter dem Schutz eines Senatsbeſchluſſes.

37. *eguere — obstabat.* Durch *umquam* wird das *egere* als ein für allemal abgeſchloſſene Thatſache in allen einzelnen Fällen hervorgehoben; daher das Perfekt. Das Imperfekt *obstabat* hebt die fortgeſetzte Gewohnheit hervor, das Gute zu nehmen, wo ſie es fanden.

38. *pleraque,* prädikativer Zuſatz: zum größten Teil.

39. *eodem illo tempore,* allgemein zu faſſen: in jener gleichen Zeit, wo man Griechiſches nachzuahmen *(imitati)* anfing. Dieſe Zeit geht zurück bis zu den Zwölftafelgeſetzen, vor welchen eine Abordnung nach Griechenland geſchickt wurde. Daß die Todes- u. Prügelſtrafe aus Griechenland eingeführt worden ſei, iſt eine Schönfärberei Cäſars. Beide Strafarten waren uralt römiſch.

40. *lex Porcia aliaeque leges,* vgl. oben 22.

41 *hanc ego causam, patres conscripti, quo minus novum consi-*
42 *lium capiamus in primis magnam puto. profecto virtus atque sapientia maior illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.*
43 *placet igitur eos dimitti et augeri exercitum Catilinae? minume. sed ita censeo, publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent, neu quis de eis postea ad senatum referat neve cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum.'*

52 Postquam Caesar dicundi finem fecit, ceteri verbo alius alii varie assentiebantur. at M. Porcius Cato rogatus sententiam huiuscemodi orationem habuit.

2 *,Longe mihi alia mens est, patres conscripti, cum res atque pericula nostra considero et cum sententias nonnullorum*
3 *ipse mecum reputo. illi mihi disseruisse videntur de poena eorum, qui patriae parentibus aris atque focis suis bellum paravere. res autem monet cavere ab illis magis quam quid*
4 *in illos statuamus consultare. nam cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt; hoc nisi provideris ne accidat, ubi evenit, frustra iudicia implores: capta urbe nihil fit reliqui*
5 *victis. sed, per deos immortalis, vos ego appello, qui semper*

---

41. *quo minus — capiamus*, von *in primis magnam* abhängig.

42. *ea*, dem Sinne nach auf *imperium* bezogen: alles das, was in dem *imperium* gegeben iſt, d. i. Gebiet, Macht, Ruhm, Wohlſtand.

43. *igitur*, ironiſch mitbezug auf die eigene Warnung vor außerordentlichen Maßregeln *(novum consilium)*. — *ad senatum referre*, einen Antrag an den Senat bringen, *cum populo agere*, einen Antrag ans Volk bringen.

52. Rede Catos.

52. 1. *verbo alius alii.* Nach Cäſars Rede ging die Abſtimmung weiter; die einzelnen Senatoren traten ohne längere Auseinanderſetzung *(verbo)* entweder dem Silanus oder dem Cäſar bei. Als aber die Reihe an den erſt 32 Jahre alten deſignierten Volkstribun Cato kam, ſetzte dieſer ſeine Anſicht gegenüber der des Cäſar auseinander, begründete ſeine Abſtimmung ausführlich, gab ſie nicht bloß *verbo* ab.

2. *res atque pericula,* unſere Lage und ihre Gefahren.

3. *aris,* entſpricht *patriae*, die Altäre der öffentlichen Verehrung der Götter, *focis* entſpricht *parentibus,* die heimiſchen Herde. — *res,* die Thatſache.

5. *sed,* bricht von der allgemeinen Betrachtung ab, um auf das perſönliche Intereſſe der Senatoren über-

domos villas signa tabulas vostras pluris quam rem publicam
fecistis: si ista cuiuscumque modi sunt quae amplexamini reti-
nere, si voluptatibus vostris otium praebere voltis, expergiscimini
aliquando et capessite rem publicam. non agitur de vectiga- 6
libus neque de sociorum iniuriis: libertas et anima nostra in
dubio est. saepenumero, patres conscripti, multa verba in 7
hoc ordine feci, saepe de luxuria atque avaritia nostrorum
civium questus sum, multosque mortalis ea causa advorsos
habeo: qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gra- 8
tiam fecissem, haud facile alterius lubidini malefacta condona-
bam. sed ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen res publica 9
firma erat: opulentia neglegentiam tolerabat. nunc vero non 10
id agitur, bonisne an malis moribus vivamus, neque quantum
aut quam magnificum imperium populi Romani sit, sed haec
cuiuscumque modi videntur, nostra an nobiscum una hostium
futura sint.

Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nomi- 11
nat. iam pridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus.
quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia
fortitudo vocatur, eo res publica in extremo sita est. sint 12
sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum for-
tunis, sint misericordes in furibus aerari; ne illi sanguinem

---

zugehen, daher nach dem Ausruf mit ſcharfer Betonung *vos ego.* — *qui* — *voltis,* eine ebenſo ſcharfe als kurze Zeichnung der verkommenen Sitten der Vornehmen. — *voluptatibus otium praebere,* die Vergnügen in Ruhe genießen. — *capessere rem publicam,* ſich des Staates mit aller Sorge annehmen.

6. *non,* nicht etwa, dazu das ſcharf betonende Aſyndeton. Die *vectigalia* u. *iniuriae sociorum* ſind den nur im Sinnengenuß und Eigennutz lebenden Herren Nebenſachen.

8. *qui* — *condonabam,* Grund zu *questus sum. qui,* denn ich, der ich, da ich etc. Zu beachten ſind die Gegenſätze *mihi* — *alterius, animo* (Neigung) — *lubidini* (Luſt), *delicti* (Vergehen) — *malefacta* (Übelthat), *gratiam facere* (geſtatten) — *condonare* (nachſehen).

9. *ea,* nämlich die *malefacta civium nostrorum.* — *parvi pendere,* gleichgiltig ſein = *neglegere,* daher ſogleich *neglegentiam.*

10. *haec,* wie 51, 42 *ea,* alles was in dem *imperium* enthalten iſt. — *cuiuscumque modi,* ob gut oder ſchlimm.

11. *quisquam* = niemand ſollte da von Milde reden. — *aliena,* eines andern. — *malarum rerum audacia,* Kühnheit zu böſen Thaten.

12. *in furibus aerari,* die Geld aus der Staatskaſſe zu irgend welchen eigennützigen Zwecken entnehmen; man denke an die zahlreichen Unter-

nostrum largiantur et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos
13 *omnis perditum eant. bene et composite C. Caesar paulo ante*
in hoc ordine de vita et morte disseruit, credo ſalsa existumans
ea quae de inferis memorantur, divorso itinere malos a bonis
14 *loca taetra inculta foeda atque formidulosa habere. itaque cen-*
suit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custo-
diis habendos, videlicet timens ne, si Romae sint, aut a
popularibus coniurationis aut a multitudine conducta per vim
15 *eripiantur. quasi vero mali atque scelesti tantummodo in*
urbe et non per totam Italiam sint, aut non ibi plus possit
16 *audacia, ubi ad defendundum opes minores sunt. quare vanum*
equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: si in
tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert me mihi
17 *atque vobis timere. quare cum de P. Lentulo ceterisque sta-*
tuetis, pro certo habetote vos simul de exercitu Catilinae et de
18 *omnibus coniuratis decernere. quanto vos attentius ea agetis,*
tanto illis animus infirmior erit: si paulum modo vos lan-
guere viderint, iam omnes feroces aderunt.

19 *Nolite existumare, maiores nostros armis rem publicam*
20 *ex parva magnam fecisse. si ita res esset, multo pulcherrumam*
eam nos haberemus, quippe sociorum atque civium, praeterea
21 *armorum atque equorum maior copia nobis quam illis est. sed*
alia fuere quae illos magnos fecere, quae nobis nulla sunt:

ſchleife und mit öffentlichem Geld ausgeführten Beſtechungen u. Schenkungen. — *illi,* die eben als *liberales* und *misericordes* bezeichneten. — *dum paucis sceleratis parcunt,* eine ſcharfe Anſpielung auf den Antragſteller Cäſar.

13. *composite,* wie 51. 9. — *credo,* ironiſch. — *divorso itinere a bonis,* ihr Weg iſt verſchieden von dem der Guten und führt zu einem andern Ziel, *loca taetra* etc.

14. *videlicet,* wie *scilicet,* meiſt mit einer mehr oder weniger ſcharfen Ironie. — *multitudine conducta.* Bewaffnete Banden waren damals leicht um Lohn zu beliebigem Handſtreich zu bekommen.

16. *si — non timet.* Cato neigt hier offenbar zu Catulus und Piſo hin (vgl. 49). — *eo magis refert,* deſto mehr iſt es am Platze.

18. *iam,* bald. — *feroces,* prädikativ.

19. *nolite existumare,* ohne Verbindung angeſchloſſene Begründung der Mahnung, daß es aller Aufmerkſamkeit auf das Innere des Staats bedürfe, um die trotzige Wut der Verſchworenen fern zu halten.

20. *nos,* im Gegenſatz zu *maiores nostri.*

21. *nulla,* eine Verſtärkung von *non:* „wovon bei uns keine Spur iſt."

domi industria, foris iustum imperium, animus in consulundo liber neque delicto neque lubidini obnoxius. pro his nos habe- 22
mus luxuriam atque avaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam. laudamus divitias, sequimur inertiam. inter bonos et malos discrimen nullum, omnia virtutis praemia ambitio possidet. neque mirum. ubi vos separatim sibi quisque con- 23
silium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniae aut gratiae servitis, eo fit ut impetus fiat in vacuam rem publicam. sed 24
ego haec omitto. coniuravere nobilissumi cives patriam incendere, Gallorum gentem infestissumam nomini Romano ad bellum arcessunt. dux hostium cum exercitu supra caput est. vos 25
cunctamini etiam nunc et dubitatis, quid intra moenia deprensis hostibus faciatis? misereamini censeo, deliquere homines 26
adulescentuli per ambitionem, atque etiam armatos dimittatis. ne ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma cepe- 27
rint, in miseriam convortet. scilicet res ipsa aspera est, sed 28
vos non timetis eam. immo vero maxume. sed inertia et mollitia animi alius alium exspectantes cunctamini, videlicet dis immortalibus confisi, qui hanc rem publicam saepe in maxumis

— *delicto, lubidini obnoxius,* wer einem Vergehen, der Schuld oder der Luſt verfallen iſt, kann nicht mehr frei urteilen.

22. *virtutis praemia*, die öffentlichen Ämter, ſonſt Auszeichnungen der Tüchtigkeit, fallen jetzt denen zu, welche, wenn auch ſchlecht, gleichwohl auf Umwegen (*ambitio,* Amtserſchleichung, Erwerbung durch unredliche Mittel) ſich Geltung verſchaffen. — *possidet,* hat in Beſitz.

23. *ubi,* hebt, gleichſam auf den Ort hinweiſend, die thatſächlichen Verhältniſſe hervor = weil. — *separatim sibi quisque consilium capit,* jeder ſorgt abſeits, d. i. ohne Gemeinſinn, nur für ſich, faßt ſeinen Entſchluß nur nach ſeinem perſönlichen Vorteil. — *hic*, im Senate. — *vacuam,* weil ſich ſeiner niemand annimmt, verwaiſt.

25. *hominibus,* mit Menſchen, die innerhalb der Mauern der Stadt ergriffen worden ſind. *facere aliquo,* mit einem etwas anfangen, machen.

26. *misereamini,* eine durch den Zuſatz *censeo* in ſcharfer Ironie auf Cäſar hervorgehobene Aufforderung. — *adulescentuli,* mit fortgeſetzter Ironie: es ſind ja nur junge Leute, die etc.

27. *ne = nae,* fürwahr. — *convertere,* das verſtärkte *vertere,* heißt wie dieſes nicht ſelten „ſich wenden."

28. *res,* die Lage. — *immo,* hebt immer die vorhergehende Ausſage auf, hier das vorhergehende *non timetis.* Bekräftigend tritt dazu *vero,* im Gegenteil in Wahrheit fürchtet ihr ganz beſonders.

29 *periculis servavere. non votis neque suppliciis muliebribus*
auxilia deorum parantur: vigilando agundo bene consulundo
prospere omnia cedunt. ubi socordiae te atque ignaviae tra-
30 *dideris, nequiquam deos implores: irati infestique sunt. apud*
maiores nostros Manlius Torquatus bello Gallico filium suum,
quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit,
atque ille egregius adulescens immoderatae fortitudinis morte
31 *poenas dedit. vos de crudelissumis parricidis quid statuatis*
cunctamini? videlicet cetera vita eorum huic sceleri obstat.
32 *verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae*
33 *suae, si dis aut hominibus umquam ullis pepercit. ignoscite*
34 *Cethegi adulescentiae, nisi iterum patriae bellum fecit. nam*
quid ego de Statilio Gabinio Caepario loquar? quibus si quic-
quam umquam pensi fuisset, non ea consilia de re publica
35 *habuissent. postremo, patres conscripti, si mehercule peccato*
locus esset, facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba
contemnitis. sed undique circumventi sumus. Catilina cum
exercitu faucibus urget, alii intra moenia atque in sinu urbis
sunt hostes, neque parari neque consuli quicquam potest occulte:
36 *quo magis properandum est. quare ego ita censeo: cum nefario*
consilio sceleratorum civium res publica in maxuma pericula

---

29. *suppliciis*, hier = *precibus*. Vgl. 9. 2.

30. *bello Gallico*, 393 v. Chr., eine Verwechslung Salluſts mit dem Latinerkrieg (414 v. Chr.), in welchem das hier erwähnte Ereignis ſtattfand.

31. *cetera vita — obstat.* Das übrige, d. i. das der Verſchwörung vorausgegangene Leben ſteht dieſem Verbrechen gegenüber und wiegt es ſozuſagen auf.

32. *verum,* in Wahrheit, ja. — *dignitati.* Lentulus war Konſul und zweimal Prätor geweſen, doch auch *probri gratia* von den Cenſoren aus dem Senate verſtoßen worden. Daher *si perpercit.*

33. *iterum.* Cethegus hatte alſo wohl ſchon an der erſten, fehlgeſchlagenen Verſchwörung teilgenommen.

34. *quibus si*, denn wenn dieſe. — *quidquam pensi*, vgl. 5. 6.

35. *si locus esset* = *locus non est.* Es iſt Platz für einen Fehler = ein Fehler iſt ſtatthaft. — *ipsa re,* durch die aus dem Irrtum entſpringende Thatſache. — *sed — sumus,* Erklärung zu *si locus esset.* — *faucibus urget,* bildlich: drängt mit geöffnetem Rachen, im Gegenſatz zu *alii intra moenia — sunt,* wie *Hannibal ante portas.* Draußen vor den Thoren ſteht Catilina mit dem Heer, andere ſind innen im Herzen der Stadt als Feinde. — *atque* fügt den verſtärkenden Zuſatz zu *intra moenia* bei.

venerit, eique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum convicti confessique sint caedem incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in civis patriamque paravisse, de confessis sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumundum.‘

Postquam Cato assedit, consulares omnes itemque senatus 53
magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad caelum ferunt, alii alios increpantes timidos vocant, Cato clarus atque magnus habetur, senati decretum fit, sicuti ille censuerat.

Sed mihi multa legenti multa audienti, quae populus Romanus 2
domi militiaeque mari atque terra praeclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quae res maxume tanta negotia sustinuisset.
sciebam saepenumero parva manu cum magnis legionibus ho- 3
stium contendisse. cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus, ad hoc saepe fortunae violentiam toleravisse, facundia Graecos gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. ac 4
mihi multa agitanti constabat paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse eoque factum uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. sed postquam luxu atque desidia civitas 5
corrupta est, rursus res publica magnitudine sua imperatorum

---

36. *manifestus sceleris,* auf friſcher That ergriffen.

53. 54. Betrachtung über die Lage und die beiden Redner.

53. 1. *virtutem animi,* hier nicht wie 1. 5 Kraft des Geiſtes, ſondern im Gegenſatz zu *alii alios increpantes timidos vocant,* Kraft des Mutes. In der That erforderte es großen Mut, einem ſo hervorragenden Mann, wie Cäſar, mit ſolcher Entſchiedenheit und Schärfe entgegenzutreten. — *sicuti ille censuerat,* der Wortlaut des Beſchluſſes ſchloß ſich an den Antrag des Cato an. Nur hatte Cäſar, der bei ſeiner Anſicht verharrte, noch durchgeſetzt, daß von der Einziehung des Vermögens Abſtand genommen wurde.

2. *quae res maxume sustinuisset,* welcher Umſtand es war, der. — *sustinere,* von unten in die Höhe halten = aushalten. — *tanta negotia,* ſo ſchwierige Lagen, wie die vorliegende.

3. *parva manus,* eine kleine Handvoll Leute; Gegenſatz dazu *magnae legiones.* — *legio* ſonſt nur die Bezeichnung der römiſchen Heeresabteilung. — *contendisse,* nämlich *populum Romanum.* — *violentiam,* die Gewaltthätigkeit, inſofern das Glück nach Laune verfährt. — *toleravisse,* hier = hat aushalten müſſen. — *facundia,* Gewandtheit im Reden, verſchieden von *eloquentia,* Kunſt der Beredſamkeit.

4. *ac,* und dabei, *multa agitanti,* während ich vielſeitig nachforſchte, *constabat,* ſtellte ſich bei mir die Anſicht feſt.

5. *rursus (revorsus),* wiederum. Und

atque magistratuum vitia sustentabat, ac [sicuti effeta . . .
parentum] multis tempestatibus haud sane quisquam Romae vir-
6 tute magnus fuit. sed memoria mea ingenti virtute divorsis
moribus fuere viri duo M. Cato et C. Caesar: quos, quoniam
res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium, quin utrius-
54 que naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem. igitur
eis genus aetas eloquentia prope aequalia fuere, magnitudo animi
2 par, item gloria, sed alia alii. Caesar beneficiis ac munificentia
magnus habebatur, integritate vitae Cato. ille mansuetudine et
misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat.
3 Caesar dando sublevando ignoscundo, Cato nihil largiundo gloriam
adeptus est. in altero miseris perfugium erat, in altero malis
4 pernicies. illius facilitas, huius constantia laudabatur. postremo
Caesar in animum induxerat laborare, vigilare, negotiis amico-
rum intentus sua neglegere, nihil denegare quod dono dignum
esset, sibi magnum imperium exercitum bellum novum exoptabat,
5 ubi virtus enitescere posset. at Catoni studium modestiae de-
6 coris, sed maxume severitatis erat. non divitiis cum divite neque
factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pu-
dore, cum innocente abstinentia certabat, esse quam videri bonus
malebat: ita quo minus petebat gloriam, eo magis illum ea se-
quebatur.

---

andererſeits wiederum war es die ſo erworbene Größe, welche den Staat, als er der Verderbnis verfallen war, aufrecht erhielt. — *sustentare,* auszuhalten imſtande ſein.

6. *obtulerat — fuit.* Die Zeiten ſind hier geſetzt wie im Briefſtil, mitbezug auf die Vergangenheit des Schreibens. — *mores,* neben *natura,* die durch Erziehung u. Gewohnheit gewordene Art, der Charakter.

54. 1. *igitur,* Übergangspartikel: es war alſo etc. — *aequalia,* inbezug auf *genus* weiſt nicht auf das Alter, ſondern auf das Anſehen des Geſchlechtes hin. Denn die *gens Porcia* des Cato reichte nur bis ins 3. Jahrhundert v. Chr. zurück. — *aetas.* Cäſar war i. J. 100, Cato i. J. 95 v. Chr. geboren. — *alia,* zu *gloria,* anders geartet; im Anſchluß daran *alii* ſtatt *alteri.*

3. *illius,* an jenem.

4. *in animum induxerat,* hatte ſich als Grundſatz vorgenommen u. hielt daran feſt. — *bellum novum,* der mit bisher noch nicht bekriegten Völkern geführt werden ſollte, alſo auch noch keinem andern Feldherrn Gelegenheit zu Ruhm gegeben hatte.

5. *modestiae,* vgl. 11. 4. — *factiosus,* Parteigänger, *factio,* Parteiumtriebe. — *pudor,* Schicklichkeitsgefühl; vgl. 12. 2.

Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, 55
consul optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere,
ne quid eo spatio novaretur, triumviros quae supplicium postu-
labat parare, iubet, ipse praesidiis dispositis Lentulum in carce- 2
rem deducit. idem fit ceteris per praetores. est in carcere locus, 3
quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad laevam,
circiter duodecim pedes humi depressus. eum muniunt undique 4
parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed in-
cultu tenebris odore foeda atque terribilis eius facies est. in 5
eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum
capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere. ita 6
ille patricius ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare
imperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium
vitae invenit. de Cethego Statilio Gabinio Caepario eodem modo
supplicium sumptum est.

Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia, quam 56
et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legiones instituit, co-
hortis pro numero militum complet; deinde, ut quisque volunta- 2
rius aut ex sociis in castra venerat, aequaliter distribuerat, ac

---

55. Vollzug des Urteils.

55. 1. *noctem antecapere,* (vor andern) die Nacht weg nehmen, d. i. ſchnell benützen. — *triumviri capitales,* gehörten zu den magistratus minores und hatten alles zum Vollzug der Todesſtrafe Nötige zu beſorgen.

2. *fit ceteris,* geſchieht mit den übrigen. Vgl. 52. 25.

3. *paululum ascenderis.* Der *carcer (Mamertinus)* lag am Fuße des Capitols, wohl ſo, daß ſich das Gebäude an die Steigung anlehnte und der Eingang dazu etwas aufwärts führte. Nicht weit hinter der Eingangsthüre, *ubi paululum* (nur ein wenig) *ascenderis,* war zur Linken das Tullianum, ein unterirdiſches Gelaß, das ungefähr 12 Fuß weit hinab ſich vertiefte. *locus, quod — appellatur, depressus:* ein Ort, Tullianum genannt, der ſich — vertieft.

4. *camera,* gewölbte Decke. — *incultu*, Unterlaſſung der Pflegung, Schmutz.

5. *vindices rerum capitalium* = *carnifices*, Henkersknechte, aus der Zahl der öffentlichen Sklaven.

6. *exitium,* nicht einfach = *exitum,* ſondern = gewaltſames Ende, wie es ſeines Charakters und ſeiner Thaten würdig war.

56—61. Kampf und Tod Catilinas.

56. 1. *duas legiones,* wie ein konſulariſches Heer, wenn auch die wirkliche Zahl der Soldaten die eines konſulariſchen Heeres anfangs nicht erreichte. — *cohortis complet,* die 10 Kohorten jeder Legion füllte er gleichmäßig *(aequaliter)* aus, ſoweit

brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non
3 amplius duobus milibus habuisset. sed ex omni copia circiter
pars quarta erat militaribus armis instructa, ceteri, ut quemque
casus armaverat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudis porta-
4 bant. sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina
per montis iter facere, modo ad urbem modo in Galliam vorsus
castra movere, hostibus occasionem pugnandi non dare: sperabat
propediem magnas copias sese habiturum, si Romae socii incepta
5 patravissent. interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum
magnae copiae concurrebant, opibus coniurationis fretus, simul
alienum suis rationibus existumans videri causam civium cum
57 servis fugitivis communicavisse. sed postquam in castra nuntius
pervenit Romae coniurationem patefactam, de Lentulo et Cethego
ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumptum, plerique,
quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium ille-
xerat, dilabuntur, reliquos Catilina per montis asperos magnis
itineribus in agrum Pistoriensem abducit eo consilio, uti per
2 tramites occulte perfugeret in Galliam Transalpinam. at Q. Me-
tellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat, ex
difficultate rerum eadem illa existumans, quae supra diximus
3 Catilinam agitare. igitur ubi iter eius ex perfugis cognovit,

---

die Zahl der vorhandenen oder noch zulaufenden Soldaten reichte.

2. *expleverat*, ſchließlich hatte er infolge fortgeſetzten Zulaufens den Beſtand vollzählig gemacht, wie in einem konſulariſchen Heer.

3. *ceteri — alii*, die übrigen trugen, wie einen jeden bewaffnet hatte, . . . andere auch nur.

4. *postquam adventabat*, nachdem er aufgebrochen und im Heranrücken begriffen war. Vgl. 6. 3. — *facere*, der Infinitivus historicus = Imperfekt hebt die Gleichzeitigkeit mit *adventabat* hervor. — *sperabat*, aſyndetiſch angeſchloſſen: denn er hoffte.

5. *interea*, wie 48, 8 = indeſſen. — *servitia*, wie etwa „das Sklavenvolk“. Darauf iſt als auf einen Kollektivbegriff nach dem Sinn *cuius* bezogen. — *rationibus*, vgl. 44. 5. — *communicavisse*, gemeinſchaftlich gemacht, d. i. geteilt zu haben.

57. 1. *sed* hebt die einſchneidende Änderung nach der Botſchaft von Rom hervor. — *dilabuntur*, laufen auseinander. — *reliquos*, den Reſt, der ihm verblieb. — *in agrum Pistoriensem*, Piſtoria, Piſtoja, nordweſtlich, 24 römiſche Meilen von Florenz, am Fuße des Apennins.

2. *praesidebat* = *praesidio erat*, er war zur Deckung im Piceniſchen. Vgl. 30. 5. — *ex difficultate rerum*, er vermutete aus der ſchwierigen Lage des Catilina. — *quae supra diximus*, daß er nach Gallien entwiſchen wollte.

castra propere movit ac sub ipsis radicibus montium consedit,
qua illi descensus erat in Galliam properanti. neque tamen 4
Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequio-
ribus expeditus in fuga sequeretur. sed Catilina postquam videt 5
montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res advor-
sas, neque fugae neque praesidi ullam spem, optumum factu
ratus in tali re fortunam belli temptare, statuit cum Antonio
quam primum confligere. itaque contione advocata huiuscemodi 6
orationem habuit.

‚Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere 58
neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum
oratione imperatoris fieri. quanta cuiusque animo audacia 2
natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. quem
neque gloria neque pericula excitant, nequiquam hortere: timor
animi auribus officit. sed ego vos, quo pauca monerem, advo- 3
cavi, simul uti causam mei consili aperirem. scitis equidem, 4
milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque
cladem attulerit quoque modo, dum ex urbe praesidia opperior,
in Galliam proficisci nequiverim. nunc vero quo loco res no- 5
strae sint, iuxta mecum omnes intellegitis. exercitus hostium
duo, unus ab urbe, alter a Gallia obstant. diutius in his 6
locis esse, si maxume animus ferat, frumenti atque aliarum

---

3. *descensus.* Von Pistoria am südlichen Abhange des Apennins mußte das Gebirg erstiegen werden; unmittelbar am Fuße des nördlichen Abhangs — *sub ipsis radicibus montium* — wo Catilina auf seinem Marsch nach Gallien herabkommen mußte, hatte Metellus Aufstellung genommen.

4. *neque tamen,* jedoch auch nicht (von der Südseite her). Catilina wurde also von zwei Seiten gefaßt. — *expeditus,* nicht gehindert im Vorrücken. — *magno exercitu locis aequioribus,* selbst mit einem großen Heere, wie er es mit sich führte, konnte er in den südlich von Pistoria gelegenen Ebenen leicht vorrücken. Erst bei Pistoria begann (für Catilina) das schwierigere Aufsteigen. Daher *montibus atque hostium copiis clausum se videt.*

5. *advorsas,* prädikativ, daß in Rom ihm alles entgegen sei. — *praesidi,* Schutz von Rom aus, d. i. Verstärkung. — *cum Antonio,* wenn dieser besiegt wurde, hoffte er den Weg nach Rom offen zu haben.

58. 1. *compertum habeo,* aus Erfahrung weiß ich gewiß.

2. *moribus,* vgl. 53. 6. — *patere,* neben *inest* (im Innern ist), offen am Tage sein. — *timor animi,* inbezug auf *quem:* seine Furcht. — *officit,* verschließt.

4. *praesidia,* wie 57. 5.

6. *si maxume animus ferat,* wenn man ganz besondere Lust dazu hätte.

7 *rerum egestas prohibet. quocumque ire placet, ferro iter ape-*
8 *riundum est. quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis et, cum proelium inibitis, memineritis vos divitias decus gloriam, praeterea libertatem atque patriam in dextris*
9 *vostris portare. si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commea-*
10 *tus abunde, municipia atque coloniae patebunt: si metu cesserimus, eadem illa advorsa fient; neque locus neque amicus*
11 *quisquam tegit quem arma non texerint. praeterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo impendet: nos pro patria pro libertate pro vita certamus, illis supervacaneum est pro*
12 *potentia paucorum pugnare. quo audacius aggrediamini me-*
13 *mores pristinae virtutis. licuit vobis cum summa turpitudine in exsilio aetatem agere, potuistis nonnulli Romae amissis bonis*
14 *alienas opes exspectare: quia illa foeda atque intoleranda vivis*
15 *videbantur, haec sequi decrevistis. si haec relinquere voltis,*
16 *audacia opus est: nemo nisi victor pace bellum mutavit. nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus tegitur,*
17 *ab hostibus avorteris, ea vero dementia est. semper in proelio eis maxumum est periculum, qui maxume timent: audacia pro*
18 *muro habetur. cum vos considero, milites, et cum facta vostra*

---

8. *paratus,* kampfbereit. — *decus,* zwiſchen *divitias* und *gloriam:* Würden und Ehre.

9. *abunde,* prädikativ zu dem aus dem vorhergehenden zu ergänzenden *erit.*

10. *cesserimus* deutet neben dem die Zuverſicht ausdrückenden Präſens *vincimus* den Zweifel an, daß ſie weichen werden. — *advorsa,* Gegenſatz zu *tuta,* feindlich gegenüber ſtehend, d. i. eben jene Vorteile werden für uns verſchloſſen werden.

11. *impendet,* ſchwebt über ihnen. — *illis supervacaneum est,* alſo ſchwebt über ihnen überhaupt keine Notwendigkeit zu kämpfen, ſie werden alſo läſſiger kämpfen. „Daher um ſo“ *(quo).*

13. *nonnulli.* Unbeſtimmte Zahlwörter werden mitunter als Appoſition mit einer erſten oder zweiten Perſon verbunden. Ihr hättet können, einige zu Rom erwarten. — *alienas opes,* Gegenſatz zu *amissis bonis,* die Habe anderer. Bekannt iſt, wie man ſich durch allerlei Mittel in den Beſitz des Vermögens anderer einſchleichen konnte. Dazu gehörte aber Zeit. Daher *exspectare.*

14. *quia,* aſyndetiſch angeſchloſſen: aber weil solches Gebahren abſcheulich und etc. — *haec sequi,* d. i. die Waffen ergreifen.

15. *haec,* die Waffen, oder die durch das Ergreifen der Waffen geſchaffene Lage. — *mutavit,* aoriſtiſches Perfekt. Nur der Sieger vertauſcht den Krieg mit dem Frieden.

17. *habetur,* vgl. 1. 4., iſt ein Beſitz wie eine Mauer, d. i. iſt ſo viel wert wie eine Mauer, dient wie eine Mauer.

aestumo, magna spes victoriae tenet. animus aetas virtus vostra 19
me hortantur, praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis
facit. nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent 20
angustiae loci. quodsi virtuti vostrae fortuna inviderit, cavete 21
inulti animam amittatis, neu capti potius sicuti pecora trucidemini quam virorum more pugnantes cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.'

Haec ubi dixit, paululum commoratus signa canere iubet 59
atque instructos ordines in locum aequum deducit. dein remotis omnium equis, quo militibus exaequato periculo animus amplior
esset, ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit. nam 2
uti planities erat inter sinistros montis et ab dextera rupe aspera, octo cohortis in fronte constituit, reliquarum signa in subsidio
artius collocat. ab eis centuriones, omnis lectos, et evocatos, 3
praeterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextra, Faesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. ipse cum libertis et colonis propter aquilam assistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur.

---

20. *nam,* ſoll dem möglichen Einwand, daß gegen die Überzahl *(multitudo)* der Mut nichts vermöge, vorbeugen.

21. *quodsi,* abſchließend: inbezug auf dies (nämlich Geſagte) wenn, d. i. wenn alſo, wenn unter ſolchen Umſtänden. — *inviderit,* wie oben 10 *cesserimus,* einen leiſen Zweifel andeutend.

59. 1. *paululum,* noch ein klein wenig. — *signa,* Subjekt; *canere,* in dieſer Verbindung intransitiv: ertönen. — *pro,* nach Maßgabe. — *pro copiis,* nach der Zahl und Beſchaffenheit der zu Gebote ſtehenden Truppen.

2. *nam uti — erat,* Erläuterung zu *pro loco.* — *aspera,* Accusativ zu *inter,* rauhes (weniger zugängliches) Feld. *ab dextera rupe,* von dem Felſen auf der rechten Seite her. — *reliquarum,* der übrigen 12 Kohorten. Vgl. 56. 1. — *in subsidio,* als Nachhut. Hier verblieben die geringeren an Zuverläſſigkeit und Bewaffnung, die beſſeren waren im Vordertreffen.

3. *ab eis,* zu *subducit,* von dieſen weg. — *omnis lectos,* lauter auserleſene Männer. Catilina hatte alſo nur ſolche als Centurionen in ſein Heer eingereiht. — *evocatos,* Soldaten, die ausgedient und vom Feldherrn aufgefordert (*evocati*) nochmals Dienſte genommen hatten, alſo kriegserfahrene Leute. Sie ſtanden den Centurionen an Anſehen gleich. — *optumum quemque armatum,* jeden tüchtigen Mann aus den gemeinen Soldaten, wenn er gut bewaffnet war (56. 3.). — *curare,* die Sache beſorgen, den Befehl führen. — *colonis,* vgl. 56. 3. Die ſchwächſten im Vordertreffen behielt Catilina für ſich, weil dieſe der zuverläſſigſten Führung bedurften. — *propter,* neben, bei.

4 At ex altera parte C. Antonius pedibus aeger, quod proelio
5 adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. ille co-
hortis veteranas, quas tumultus causa conscripserat, in fronte,
post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. ipse equo circum-
iens unum quemque nominans appellat, hortatur, rogat ut me-
minerint se contra latrones inermis pro patria pro liberis pro
6 aris atque focis suis certare. homo militaris, quod amplius annos
triginta tribunus aut praefectus aut legatus aut praetor cum
magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos factaque eorum
fortia noverat: ea commemorando militum animos accendebat.

60 Sed ubi omnibus rebus exploratis Petreius tuba signum
dat, cohortis paulatim incedere iubet. idem facit hostium exer-
2 citus. postquam eo ventum est, unde a ferentariis proelium com-
mitti posset, maxumo clamore cum infestis signis concurrunt:
3 pila omittunt, gladiis res geritur. veterani pristinae virtutis me-
mores comminus acriter instare, illi haud timidi resistunt: maxuma
4 vi certatur. interea Catilina cum expeditis in prima acie vorsari,
laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere, omnia pro-
videre, multum ipse pugnare, saepe hostem ferire: strenui militis
5 et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt
Catilinam contra ac ratus erat magna vi tendere, cohortem prae-

---

5. *tumultus causa.* Bei plötzlicher Kriegsgefahr *(tumultus)* konnten schon ausgediente Soldaten wieder ausgehoben werden. — *unum — quemque nominans.* Die Anrede der alten Soldaten mit dem Namen erweckt Vertrauen und Mut.

6. *tribunus — praetor,* die ganze Reihe der Befehlshaberſtellen; *tribunus* Befehlshaber der Kohorte, *praefectus,* einer Reiterabteilung, *legatus,* Unterfeldherr nächſt dem höchſtkommandierenden, *praetor,* Befehlshaber einer ſelbſtändigen Truppenabteilung.

60. 1. *paulatim,* nur langſam.

2. *unde — posset,* es war alſo die Abſicht ſo weit langſam vorzurücken, bis die Leichtbewaffneten mit ihren Schleudern in Schußweite gekommen wären. — *cum infestis signis,* gewöhnlicher *infestis signis:* zum Angriff in der Nähe. — *pila,* lange Wurfſpeere mit eiserner Spitze, die gewöhnlich zur Eröffnung des Kampfes geworfen wurden.

3. *veterani,* in Petreius' Vordertreffen. — *pristinae,* ihrer im früheren Dienſt bewieſenen Tapferkeit eingedenk.

4. *interea,* während ſo gekämpft wurde. Er hatte ſeine Stellung zuerſt in der Mitte des Vordertreffens genommen. Vgl. 59. 3. — *omnia providere,* für alles ſorgen, wie es der Augenblick nötig machte.

5. *tendere,* alle Kräfte anſpannen, ſich anſtrengen. — *cohortem praetoriam,* für die nächſte Umgebung des Feldherrn aus den tapferſten zu-

toriam in medios hostis inducit eosque perturbatos atque alios
alibi resistentis interficit. deinde utrimque ex lateribus ceteros
aggreditur. Manlius et Faesulanus in primis pugnantes cadunt. 6
Catilina postquam fusas copias seque cum paucis relictum videt, 7
memor generis atque pristinae suae dignitatis in confertissumos
hostis incurrit ibique pugnans confoditur.

Sed confecto proelio tum vero cerneres quanta audacia quanta- **61**
que animi vis fuisset in exercitu Catilinae. nam fere quem quis- 2
que vivus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore
tegebat. pauci autem, quos medios cohors praetoria disiecerat, 3
paulo divorsius, sed omnes tamen advorsis volneribus concide-
rant. Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus 4
est, paululum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat
vivus, in voltu retinens. postremo ex omni copia neque in proe- 5
lio neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est: ita cuncti 6
suae hostiumque vitae iuxta pepercerant. neque tamen exer- 7
citus populi Romani laetam aut incruentam victoriam adeptus
erat. nam strenuissumus quisque aut occiderat in proelio aut
graviter volneratus discesserat. multi autem, qui e castris vi- 8
sundi aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera
amicum alii pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item
qui inimicos suos cognoscerent. ita varie per omnem exercitum 9
laetitia maeror luctus atque gaudia agitabantur.

ſammengeſetzt. — *alios alibi resistentis.* Durch den geſchloſſenen Angriff der *cohors praetoria* in Verwirrung gebracht *(perturbati)* konnten ſie nicht mehr in geſchloſſener Reihe Widerſtand leiſten. — *utrimque ex lateribus*, vom Standpunkt des Petreius aus: auf beiden Flügeln, nachdem das Mitteltreffen vernichtet war.

61. 1. *tum vero,* jetzt erſt recht nach Beendigung des Treffens.

2. *pugnando ceperat,* entſpricht dem *corpore tegebat.* Sonſt eher *pugnans.*

3. *disicere,* verſprengen. — *paulo divorsius*, etwas mehr zerſtreut. — *advorsis*, dem Feinde zugewendet, alſo vorn.

5. *postremo*, ſchließlich, am Ende des Treffens.

7. *populi Romani,* hebt ſcharf den Gegenſatz zu der Schar der Verſchworenen hervor.

8. *visundi causa,* um zu beſichtigen. — *processerant,* ſie waren weiter vorgegangen.

9. *varie — agitabantur,* in verſchiedener Stimmung überließ man ſich dem Jubel neben der Trauer, dem Schmerz neben der Freude.

G. SALLUSTI CRISPI

DE CATILINAE CONIURATIONE

DE BELLO IUGURTHINO

LIBRI.

SCHULAUSGABE MIT ANMERKUNGEN

VON

KARL KAPPES.

II.

DE BELLO IUGURTHINO LIBER.

PADERBORN UND MÜNSTER.

DRUCK UND VERLAG VON FERDINAND SCHÖNINGH.

1885.

C. SALLUSTI CRISPI

DE BELLO IUGURTHINO LIBER.

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbe- 1
cilla atque aevi brevis forte potius quam virtute regatur. nam 2
contra reputando neque maius aliud neque praestabilius invenias
magisque naturae industriam hominum quam vim aut tempus
deesse. sed dux atque imperator vitae mortalium animus est. 3
qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potens-
que et clarus est neque fortuna eget, quippe probitatem industriam
aliasque artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest.
sin captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptates corporis 4
pessum datus est perniciosa lubidine paulisper usus, ubi per
socordiam vires tempus ingenium diffluxere, naturae infirmitas

---

1—5. 3. Einleitung.

1. 1. *Falso,* irrigerweiſe. — *forte,* hier ſubſtantiviſch, als Gegenſatz zu *virtute.*

2. *reputando,* durch aufmerkſames Nachdenken. — *neque maius aliud neque praestabilius,* nichts anderes, was größer oder vortrefflicher wäre.

3. *dux et imperator,* Führer und Gebieter. — *qui ubi,* und wo dieſer. — *grassatur* (von *gradior*), mitbezug auf *dux:* auf dem Wege der Tüchtigkeit vorſchreitet. — *pollens,* mit Kraft von Natur aus begabt, *potens,* die von Natur innewohnende Kraft nach außen zeigend, mächtig. — *et clarus,* und infolge deſſen. Daher der Wechſel des Verbindungswortes. — *artis,* Eigenſchaften.

4. *sin,* Gegenſatz zu der in *ubi — grassatur* enthaltenen Bedingung. *sin* leitet immer eine Bedingung als Gegenſatz zu einer vorausgegangenen Bedingung ein. — *inertia,* Unfähigkeit zur Arbeit, *voluptates corporis,* Sinnenluſt, *pessum datus,* verſunken, *paulisper usus,* nachdem er eine Zeitlang genoſſen. Dem *uti lubidine* geht das *capi pravis cupidinibus* voraus. — *socordia,* Mangel an Gefühl für das Gute, Stumpfſinn. — *diffluxere,* bezeichnet das allmähliche und unauf-

accusatur: suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt.
5 quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio
aliena ac nihil profutura multaque etiam periculosa petunt, neque
regerentur magis quam regerent casus et eo magnitudinis pro-
2 cederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent. nam uti
genus hominum compositum ex corpore et anima est, ita res
cunctae studiaque omnia nostra corporis alia alia animi naturam
2 sequuntur. igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis
corporis et alia omnia huiuscemodi brevi dilabuntur, at ingeni
3 egregia facinora sicuti anima immortalia sunt. postremo corporis
et fortunae bonorum ut initium sic finis est, omniaque orta occi-
dunt et aucta senescunt: animus incorruptus aeternus rector
humani generis agit atque habet cuncta neque ipse habetur.
4 quo magis pravitas eorum admiranda est, qui dediti corporis gau-
diis per luxum et ignaviam aetatem agunt, ceterum ingenium,

---

haltſame Schwinden. — *auctores,* während ſie doch ſelbſt die Urheber ihrer Schuld, d. i. ihres nutzloſen Lebens ſind. — *negotia,* der Drang der Geſchäfte des Lebens, die (nach dem Sinne der anklagenden) die Kräfte vorzeitig aufreiben.

5. *quod si.* Das Relat. neutr. ſteht als Accuſativ der Beziehung in Verbindung mit Konjunktionen (*quod ubi, quod cum, quod utinam*), um das Folgende in einen innern Zuſammenhang mit dem Vorhergehenden zu ſtellen; dieſe Beziehung iſt bald Gegenſatz, bald Erläuterung, bald Folgerung, Bekräftigung u. a. Hier = mitbezug auf den eben berührten Umſtand = wenn alſo. — *quanto studio,* als der Eifer, mit welchem ſie. — *aliena,* nämlich *a bonis rebus.* — *etiam periculosa,* Steigerung zu *aliena ac nihil profutura. multaque* daher prädikativ = und vielfach ſogar gefährliches. — *eo,* bis zu dem Punkt, wo. — *pro mortalibus,* ſtatt ſterblich zu ſein.

2. 1. *compositum ex corpore et anima est,* eine Zuſammenſetzung aus Leib und Seele. — *sequuntur,* ſchließen ſich an, folgen.

2. *igitur,* ſo, leitet die Anführung des einzelnen zum allgemeinen *corporis alia, alia animi* ein.

3. *postremo,* ſchließlich. — *omniaque — senescunt,* eine Erweiterung zu *ut initium sic finis est:* was einen Anfang hat, hat auch ein Ende. — *animus incorruptus,* der Geiſt iſt in ſeiner Weſenheit unveränderlich, bleibt an ſich unverdorben. Nur durch die ſinnlichen Begierden kann er auf falſche Wege geleitet werden (vgl. 1. 4.), dagegen alles Leibliche iſt ohne beſondern Einfluß dem Untergang verfallen, hat wie einen materiellen Anfang, ſo ein Ende. — *agit omnia,* iſt die Triebkraft von allem, *habet,* hat in ſeiner Gewalt, *neque ipse habetur,* und wird ſelbſt nicht in Gewalt gehalten, d. i. er iſt „frei, und wär' er in Ketten geboren".

4. *admirari,* ſich wundern über etwas. — *ceterum,* hebt einen Gegenſatz hervor. — *ingenium,* die ange-

quo neque melius neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt, cum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

Verum ex eis magistratus et imperia, postremo omnis cura 3
rerum publicarum minume mihi hac tempestate cupiunda videntur, quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem is fuit, tuti aut eo magis honesti sunt. nam vi quidem 2
regere patriam aut parentis, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est, cum praesertim omnes rerum mutationes caedem fugam aliaque hostilia portendant. frustra autem 3
niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere, extremae dementiae est. nisi forte quem inhonesta et perniciosa lubido tenet potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.

Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis 4
magno usui est memoria rerum gestarum. cuius de virtute quia

---

borene geiſtige Anlage. — *incultu,* Unterlaſſung der Pflege. — *artes animi,* Gegenſatz zu *corporis gaudia.*

3. 1. *magistratus,* die Friedensämter in Rom, *imperia,* die höchſten Kriegsämter. — *postremo omnis cura,* kurz jede Teilnahme. — *hac tempestate,* in der ſchweren Zeit der bürgerlichen Kämpfe, wie ſie ſich ſeit dem jugurthiniſchen Kriege von Marius und Sulla anfangend abſpielten. — *virtuti,* der Tüchtigkeit, *honos,* Auszeichnung, ausgedrückt in der Wahl zu einem öffentlichen Amt. Nach Cat. 52. 22. erhielten nicht die tüchtigſten, ſondern die geriebenſten Leute die öffentlichen Ämter. Daher *per fraudem.* — *fuit,* nämlich *honos.*

2. *parentis,* die Unterworfenen in den Provinzen, in ſcharfer Unterſcheidung von *patriam,* daher durch *aut* angeſchloſſen. — *possis* — *corrigas,* der Konjunktiv bezeichnet hier die Möglichkeit. — *delicta,* der im Amte Vorangegangenen. — *importunum est,* es hat ſeine Schwierigkeiten, iſt nicht angezeigt. — *portendant,* in Ausſicht ſtellen.

3. *frustra niti,* zufolge der vorherbezeichneten Schwierigkeiten. — *odium quaerere,* es hieße geradezu Haß ſuchen, wenn ſich der redliche Mann am öffentlichen Leben beteiligen wollte, „Haß ernten“. — *nisi forte* — *gratificari,* eine Ergänzung zu *extremae dementiae est.* Es müßte denn einen etc. = nur wenn einen etc. — *gratificari,* als Opfer zugunſten eines andern bringen.

4. 1 *negotia, quae ingenio exercentur,* geiſtige Beſchäftigungen. — *memoria rerum gestarum,* hier als *negotium* die Beſchäftigung mit der Geſchichte. Sonſt iſt *memoria rerum gestarum* objektiv die Geſchichte ſelbſt. — *magno usui est,* inſofern die aus der Beſchäftigung mit der Geſchichte gewonnene Kenntnis ſich für das Leben im Staate verwerten läßt.

2. *cuius de virtute quia,* weil aber über etc., ſchließt an *magno usui* an.

multi dixere, praetereundum puto, simul ne per insolentiam
3 quis existumet memet studium meum laudando extollere. atque
ego credo fore qui, quia decrevi procul a re publica aetatem agere,
tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant, certe
quibus maxuma industria videtur salutare plebem et conviviis
4 gratiam quaerere. qui si reputaverint, et quibus ego temporibus
magistratus adeptus sim et quales viri idem assequi nequiverint
et postea quae genera hominum in senatum pervenerint, profecto
existumabunt me magis merito quam ignavia iudicium animi mei
mutavisse maiusque commodum ex otio meo quam ex aliorum
5 negotiis rei publicae venturum. nam saepe ego audivi Q. Maxumum P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros
solitos ita dicere: cum maiorum imagines intuerentur, vehemen-
6 tissume sibi animum ad virtutem accendi. scilicet non ceram
illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria
rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere

---

— *multi,* ſchon viele, wie *pauci* nur wenige. — *praetereundum,* ohne Objekt, darüber hinweggehen. — *simul,* zugleich auch, ſchließt den zweiten Grund an. — *per insolentiam,* mit Betonung vorangestellt: mehr, als ſich gebührt, durch Loben erheben.

3. *atque,* reiht anſchließend an das Lob der Geſchichte die gegenteilige Anſicht an: „und da glaube ich, = allerdings glaube ich. — *certe quibus,* ſicherlich ſolche, welchen etc. — *inertia,* Gegenſatz zu *labor,* Unthätigkeit, die Eigenſchaft deſſen, der es unterläßt, ſeine Kräfte zu verwenden. — *salutare,* mit freundlichem Gruß begegnen. Dieſe Art der Begrüßung und Gelage gehörten zu den Mitteln, um ſich bei Bewerbungen um öffentliche Ämter die Gunſt der Wähler zu gewinnen. Sprüchwörtlich von der genußſüchtigen Plebs war *panem et circenses* geworden.

4. *quibus temporibus,* in ſchwieriger Zeitlage. Salluſt hatte in den Jahren 52—47 v. Chr. das Tribunat, die Quäſtur und die Prätur bekleidet. — *postea,* hauptſächlich durch Antonius aufgrund des falſchen Teſtamentes Cäſars. — *merito,* in Würdigung der Lage. — *ignavia,* die Urſache der *inertia,* das Gefühl der Unfähigkeit, daher feige Trägheit. — *otium,* das Fernſein von den Geſchäften des Staates, den öffentlichen Ämtern, die Unterlaſſung der Teilnahme an den öffentlichen Angelegenheiten, Gegenteil *negotia.*

5. *Q. Maxumum,* d. i. Fabius Cunctator — *Scipionem,* Africanus maior. — *maiorum imagines.* Nach dem *ius imaginum* hatten die Nobiles das Recht, die Bilder der Vorfahren vom erſten an, der ein kuruliſches Amt bekleidet hatte, (Wachsbüſten) im Atrium aufzuſtellen. Eine große Reihe ſolcher *imagines* war der Stolz der Familie.

6. *non ceram — habere,* abhängig

neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam
adaequaverit. at contra quis est omnium his moribus, quin divi- 7
tiis et sumptibus, non probitate neque industria cum maioribus
suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti
erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius quam
bonis artibus ad imperia et honores nituntur: proinde quasi 8
praetura et consulatus atque alia omnia huiuscemodi per se ipsa
clara et magnifica sint ac non perinde habeantur, ut eorum qui
ea sustinent virtus est. verum ego liberius altiusque processi, 9
dum me civitatis morum piget taedetque. nunc ad inceptum
redeo.

Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha 5
rege Numidarum gessit, primum quia magnum et atrox variaque
victoria fuit, dein quia tunc primum superbiae nobilitatis obviam
itum est, quae contentio divina et humana cuncta permiscuit 2
eoque vecordiae processit, ut studiis civilibus bellum atque va-
stitas Italiae finem faceret. sed prius quam huiuscemodi rei initium 3
expedio, pauca supra repetam, quo ad cognoscundum omnia illu-
stria magis magisque in aperto sint.

Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal 4
post magnitudinem nominis Romani Italiae opes maxume attriverat,

---

von dem in *scilicet* liegenden Verbum. — *eorum* zu *famam*.

7. *at contra*, verſchärfter Gegenſatz zu *maiores*. — *his*, mitbezug auf die Zeit des Schriftſtellers: bei unſern Sitten. — *non*, neben *quin* doppelte Negation: „ſtatt“. — *industria*, Gegenſatz zu *inertia*, Thätigkeit, Unthätigkeit. — *antea*, in früherer Zeit. — *furtim*, bezieht ſich auf die geheimen Umtriebe der *ambitio*, *per latrocinia* auf die Anwendung offener Gewalt, um die Ämter Würdigeren zu entreißen.

8. *habeantur*, inne gehabt werden. — *qui ea sustinent*, die Träger der Würden.

9. *liberius altiusque processi*, ich bin über die Schranken und Grenzen einer Vorrede hinausgegangen: der Verdruß über die öffentlichen Verhältniſſe hat mich dazu veranlaßt.

5. 1. *varia victoria*, von wechſelndem Sieg.

2. *quae contentio*, ein Kampf, welcher. — *studiis civilibus*, dem leidenſchaftlichen Treiben der Bürger. — *bellum atque vastitas*, nur Krieg und Verheerung.

3. *illustria*, beleuchtet, *in aperto*, offen dargelegt.

5. 4.—10. Vorgeſchichte des jugurthiniſchen Krieges.

4. *post magnitudinem nominis Romani*. Seit den Samniterkriegen ſtand der römiſche Name groß da. — *Italiae opes*, ganz Italien wurde in Mit-

Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a P. Scipione,
cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara
rei militaris facinora fecerat. ob quae victis Carthaginiensibus
et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium
valuit, populus Romanus quascumque urbis et agros manu ceperat
5 regi dono dedit. igitur amicitia Masinissae bona atque honesta
6 nobis permansit. sed imperi vitaeque eius finis idem fuit. dein
Micipsa filius regnum solus obtinuit, Mastanabale et Gulussa
7 fratribus morbo absumptis. is Adherbalem et Hiempsalem ex
sese genuit Iugurthamque filium Mastanabalis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum dereliquerat, eodem
cultu quo liberos suos domi habuit.

6 Qui ubi primum adolevit, pollens viribus decora facie, sed
multo maxume ingenio validus, non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius est, equitare iaculari,
cursu cum aequalibus certare, et cum omnis gloria anteiret,
omnibus tamen carus esse; ad hoc pleraque tempora in venando
agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire, plu-
2 rumum facere minumum ipse de se loqui. quibus rebus Micipsa,
tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Iugurthae regno
suo gloriae fore, tamen postquam hominem adulescentem exacta

---

leidenſchaft gezogen. — *ob quae*, und wegen dieſer. *magnum atque late*, als eine große, gewichtige und über weite Gegenden hin hatte ſie Geltung. — *manu capere*, erobern.

5. *sed — fuit.* Aber mit ſeinem Lebensende war auch ſeine Herrſchaft, und damit die vorteilhafte Freundſchaft dieſes Reichs mit Rom zu Ende. *sed* leitet alſo den Gegenſatz zu *bona atque honesta nobis permansit* ein. Zwar hatte ſein Sohn Micipſa noch allein *(solus)* das Erbe angetreten. Aber dieſes hatte keinen Beſtand mehr. Indeſſen war ſchon bei Maſiniſſa in den letzten Jahren ſeiner Herrſchaft eine Änderung der Geſinnung durch die unverhüllten Beſtrebungen der Römer nach alleiniger Herrſchaft bewirkt worden.

7. *dereliquerat*, er hatte ihn ganz bei Seite geſchoben als nicht ebenbürtig. In der Zuſammenſetzung des Verbums mit *de* liegt eine Verſtärkung des Begriffs. Micipſa hatte, entgegen der Maßnahme ſeines Vaters Maſiniſſa, den Jugurtha wie ſeine eigenen Söhne *(eodem cultu)* in ſeinem Palaſte gehalten.

6. 1. *qui ubi*, als aber dieser. — *pollens viribus*, von Jugendkraft ſtrotzend. — *corrumpendum*, um ſich verderben zu laſſen. — *pleraque tempora*, ſehr viele Zeit. — *leonem*, einen Löwen, *alias feras*, anderes Wild. — *plurimum facere*, keiner that ſoviel, keiner redete ſelbſt von ſich ſo wenig, wie er.

2. *quibus rebus tametsi*, obgleich nun über dieſe Dinge. — *exacta sua*

sua aetate et parvis liberis magis magisque crescere intellegit,
vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo vol-
vebat. terrebat eum natura mortalium avida imperi et praeceps 3
ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae libe-
rorumque aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae trans-
vorsos agit; ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa, ex
quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum
oriretur anxius erat. his difficultatibus circumventus ubi videt 7
neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum
popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus et appetens
gloriae militaris, statuit eum obiectare periculis et eo modo for-
tunam temptare. igitur bello Numantino Micipsa, cum populo Ro- 2
mano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans vel osten-
tando virtutem vel hostium saevitia facile eum occasurum, praefecit
Numidis, quos in Hispaniam mittebat. sed ea res longe aliter
ac ratus erat evenit. nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri 3
ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, 4
et morem hostium cognovit, multo labore multaque cura, prae-
terea modestissume parendo et saepe obviam eundo periculis in
tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer
carus, Numantinis maxumo terrori esset. ac sane, quod difficil- 5
lumum in primis est, et proelio strenuus erat et bonus consilio,
quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia

---

aetate, an der Grenze ſeines Lebens. Ebenſo iſt *parvis liberis* Abl. absol., während ſeine eigenen Söhne noch klein waren. Mit *adulescentem* wird der Gegenſatz dazu hervorgehoben. — *eo negotio permotus*, durch dieſen Umſtand beunruhigt.

3. *opportunitas aetatis*, die durch das Alter gegebene günſtige Gelegenheit, nämlich *explendae cupidinis*. — *mediocris viros*, Männer gewöhnlichen Schlages, die nicht nach Höherem ſtreben. — *transvorsos*, in die Quere, d. i. vom rechten Weg ab. — *studia*, Zuneigung. — *ex quibus*, zu *oriretur*, denn er war ängſtlich, es möchte infolge derſelben etc.

7. 2. *bello Numantino*, von dem Hauptort *Numantia* am Duero ſo genannter Aufſtand ſpaniſcher Völkerſchaften, 143—133, der nach ſchweren Niederlagen der Römer mit der Zerſtörung Numantias durch den jüngern Scipio endete. — *ostentando virtutem* entſpricht dem *manu promptus*.

4. *ut erat — ingenio*, vermöge ſeines unermüdlichen und ſcharf ſehenden Geiſtes.

5. *quod — est*, hinweiſend auf das folgende, nämlich die Verbindung von friſcher Thatkraft und Beſonnenheit in der Überlegung. — *quorum*, auf *strenuus* und *bonus* bezogen: von welchen beiden Eigenſchaften. Zu-

6 temeritatem afferre plerumque solet. igitur imperator omnis fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti, quippe cuius neque consilium neque in-
7 ceptum ullum frustra erat. huc accedebat munificentia animi et ingeni sollertia, quis rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

8 Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi domi, potentes apud socios, clari magis quam honesti, qui Iugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus imperi Numidiae potiretur: in ipso
2 maxumam virtutem, Romae omnia venalia esse. sed postquam Numantia deleta Scipio dimittere auxilia et ipse revorti domum decrevit, donatum atque laudatum magnifice pro contione Iugurtham in praetorium abduxit ibique secreto monuit, ut potius publice quam privatim amicitiam populi Romani coleret neu quibus largiri insuesceret: periculose a paucis emi, quod multorum esset. si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum; sin properantius pergeret, suamet ipsum

---

gleich enthält der Relativſatz eine Erklärung zu *quod difficillumum est.*

6. *quippe cuius neque consilium* etc. da ja von ihm weder Rat noch That vergeblich kam.

7. *animi, ingeni.* Die Freigebigkeit iſt Sache des Herzens, die Fertigkeit im Urteil Sache des Geiſtes. — *quis* = *quibus.*

8. 1. *ea tempestate,* in jener ſchwierigen Zeitlage. — *novi atque nobiles.* Junge Römer aus alten oder neuen vornehmen Familien ſchloſſen ſich dem mit der Verwaltung einer Provinz oder dem Befehl über ein Heer beauftragten Prokonsul an, teils um die Verwaltung, teils um die Kriegführung zu lernen. Häufig lernten ſie auch, wie man in der Provinz ſich bereicherte. Daher der Zuſatz *quibus divitiae — erant.* — *factiosi domi*, zu Hauſe mußten ſie um die Gunſt der Parteien buhlen, um zu Macht zu gelangen: Parteigänger zu Hauſe. — *potentes apud socios,* draußen ließen ſie unter dem Schutz des Statthalters oder militäriſchen Befehlshabers ihre Macht fühlen; draußen ſpielten ſie die Mächtigen. — *qui,* und dieſe. Solche politiſche Abenteurer glaubten in Jugurtha den rechten Mann gefunden zu haben.

2. *pro contione*, der Soldaten. — *donatum,* zuerſt beſchenkte er ihn öffentlich, dann nahm er ihn mit ſich in ſein Zelt. — *publice,* im Gegenſatz zu dem Anſchluß an die oben bezeichneten *novi et nobiles:* „vielmehr an den Staat als an einzelne ſich anſchließend," — *periculose* mit Gefahr. — *a paucis* entſpricht *privatim, multorum* — *publice.* — *in suis artibus*, vgl. 7. 4. 5. — *properantius pergere,* zu haſtig vorgehen, Gegen-

pecunia praecipitem casurum. sic locutus cum litteris eum, quas 9
Micipsae redderet, dimisit. earum sententia haec erat. ‚*Iugur-* 2
thae tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit, quam rem
tibi certo scio gaudio esse. nobis ob merita sua carus est:
ut idem senatui et populo Romano sit, summa ope nitemur.
tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. en habes virum
dignum te atque avo suo Masinissa.‘ igitur rex ubi ea, quae 3
fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, cum
virtute tum gratia viri permotus flexit animum suum et Iugur-
tham beneficiis vincere aggressus est, statimque eum adoptavit
et testamento pariter cum filiis heredem instituit. sed ipse pau- 4
cos post annos morbo atque aetate confectus cum sibi finem
vitae adesse intellegeret, coram amicis et cognatis itemque Ad-
herbale et Hiempsale filiis dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha
habuisse.

‚*Parvum ego te, Iugurtha, amisso patre sine spe sine* 10
opibus in regnum meum accepi, existumans non minus me
tibi quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore. neque
ea res falsum me habuit. nam, ut alia magna et egregia 2
tua omittam, novissume rediens Numantia meque regnumque
meum gloria honoravisti tuaque virtute nobis Romanos ex ami-
cis amicissumos fecisti. in Hispania nomen familiae reno-
vatum est. postremo, quod difficillumum inter mortalis est,
gloria invidiam vicisti. nunc, quoniam mihi natura finem 3
vitae facit, per hanc dexteram, per regni fidem moneo obte-

ſatz zu *permanere in suis artibus.* Wenn er vermittelſt ſeines Geldes raſcher ſein Ziel erreichen wolle, als vermittelſt ſeiner Tüchtigkeit, ſo werde er durch ſein eigenes Geld zu Fall kommen.

9. 2. *quam rem scio,* und ich weiß, daß dieſe Thatſache. — *idem,* gleichfalls, ebenſo. Dem Prädikat *nobis carus est* wird ein weiteres beigefügt: *ut senatui carus sit,* das gemeinſchaftliche Subjekt iſt *idem.*

3. *gratia,* Beliebtheit. — *vincere,* vgl. 6. 2. 3. — *statim,* iſt nach der Angabe 11. 6 nicht buchſtäblich zu nehmen. Das Ende des numantiniſchen Krieges war 133, Micipſa ſtarb 115.

10. 1. *in regnum meum,* vgl. 5. 7., hier = in mein (Königs-)Haus, als königlichen Prinzen. — *si genuissem,* wenn ich dein Vater wäre. — *falsum,* hier Partic. pass.

2. *novissume,* vgl. 9. 3. — *nomen renovatum est.* Schon Maſiniſſa hatte ſich im 2. puniſchen Kriege in Spanien ausgezeichnet, zuerſt auf Seite der Karthager, dann mit Scipio verbunden.

3. *per hanc dexteram.* Der König,

storque te, uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas, neu malis alienos adiungere quam
4 *sanguine coniunctos retinere. non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere neque*
5 *auro parare queas: officio et fide pariuntur. quis autem amicior quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si*
6 *tuis hostis fueris? equidem ego vobis regnum trado firmum, si boni eritis, sin mali, imbecillum. nam concordia parvae res*
7 *crescunt, discordia maxumae dilabuntur. ceterum ante hos te, Iugurtha, qui aetate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. nam in omni certamine qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere vide-*
8 *tur. vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite observate talem hunc virum, imitamini virtutem et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar quam genuisse*'.

11 Ad ea Iugurtha tametsi regem ficta locutum intellegebat et ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne
2 respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum convenerunt, ut
3 inter se de cunctis negotiis disceptarent. sed Hiempsal, qui minumus ex illis erat, natura ferox et iam antea ignobilitatem Iugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Adherbalem assedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas

---

ſeine Rechte ihm zum Handſchlag hinreichend, mahnt ihn. Dazu ergänzend: *per regni fidem.* Indem der König ihm ſeine Rechte hinreicht, verſichert er als König ihn des Schutzes ſeines Reiches.

4. *officio,* durch Pflichterfüllung, die ſich im Gegendienſt *(ob, facere)* zeigt.

6. *equidem,* das durch *e* verſtärkte *quidem,* dient zur Hervorhebung einer Perſon oder Sache; hier: ich für meinen Teil übergebe euch die Herrſchaft ſtark; aber an euch iſt es etc.

7. *ante hos,* zuerſt, vor den beiden anderen Prinzen, weil er der ältere und verſtändigere iſt.

8. *colite observate,* ehret, achtet.

11. 12. Die Ermordung Hiempſals.

11. 1. *pro tempore,* wie es der Augenblick forderte. — *benigne,* wohlwollend.

2. *postquam fecerant, convenerunt.* Das Plusquamperfekt wird mit *postquam* verbunden, wenn zwiſchen der Handlung des Neben- und Hauptſatzes ein Zeitraum verfloſſen iſt. Das Perfekt *fecerunt* würde bedeuten: unmittelbar nach der Leichenfeier traten ſie zuſammen.

3. *despiciens,* verächtlich herabſchauend. — *Adherbalem assedit,* eine ſeltene Verbindung dieſes Verbums.

honori ducitur, Iugurtha foret. dein tamen ut aetati concederet 4
fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. ibi 5
cum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter
alias res iacit, oportere quinquenni consulta et decreta omnia rescindi: nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum
animo valuisse. tum idem Hiempsal placere sibi respondit: nam 6
ipsum illum tribus proxumis annis adoptatione in regnum pervenisse. quod verbum in pectus Iugurthae altius quam quisquam 7
ratus erat descendit. itaque ex eo tempore ira et metu anxius 8
moliri parare atque ea modo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. quae ubi tardius procedunt neque 9
lenitur animus ferox, statuit quovis modo inceptum perficere.

Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, 12
propter dissensionem placuerat dividi thesauros finisque imperi
singulis constitui. itaque tempus ad utramque rem decernitur, 2
sed maturius ad pecuniam distribuendam. reguli interea in loca
propinqua thesauris alius alio concessere. sed Hiempsal in 3
oppido Thirmida forte eius domo utebatur, qui proxumus lictor
Iugurthae carus acceptusque ei semper fuerat. quem ille casu
ministrum oblatum promissis onerat impellitque, uti tamquam suam
visens domum eat, portarum clavis adulterinas paret — nam
verae ad Hiempsalem referebantur — ceterum, ubi res postu-

4. *fatigatus a fratre,* auf dringendes Bitten des Bruders. — *transductus est,* er ließ ſich beſtimmen auf die andere Seite zu gehen.

5. *parum animo valuisse*, er ſei nicht mehr bei voller geiſtiger Kraft geweſen.

7. *ratus erat,* das Plusquamperfekt aus dem Sinn des ſpäter erzählenden Schriftſtellers.

8. *cum animo habere,* im Sinne führen.

12. *propter dissensionem,* wegen der in der erſten Zuſammenkunft hervorgetretenen Meinungsverſchiedenheit betreffs gemeinſchaftlicher Regierung.

2. *interea,* bis zur Vornahme der Teilung. Keiner traute dem andern, und ſich gegenſeitig vor ſich fürchtend wollten ſie auch nicht zuſammenwohnen.

3. *proxumus lictor,* der zunächſt vor dem römiſchen Beamten einhergehende Liktor, alſo ein als beſonders ergeben erkannter Liktor. Römiſche Sitten und Einrichtungen werden häufig von Geſchichtſchreibern und Dichtern auf ähnliche fremdländiſche übertragen. — *quem — oblatum,* da nun dieſer . . . hatte, ſo überhäuft ihn. *ille,* Jugurtha. — *tamquam suam,* als ſein Eigentum mußte es ihm wohl zur Beſichtigung offen ſtehen, wenn es auch von einem andern bewohnt war. — *referebantur.* Das Imperfekt

4 laret, se ipsum cum magna manu venturum. Numida mandata
brevi conficit atque, uti doctus erat, noctu Iugurthae milites intro-
5 ducit. qui postquam in aedis irrupere, divorsi regem quaerere,
dormientis alios alios occursantis interficere, scrutari loca abdita,
clausa effringere, strepitu et tumultu omnia miscere, cum interim
Hiempsal reperitur occultans se tugurio mulieris ancillae, quo
6 initio pavidus et ignarus loci perfugerat. Numidae caput eius,
uti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

13 Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divol-
gatur. Adherbalem omnisque, qui sub imperio Micipsae fuerant,
metus invadit. in duas partis discedunt Numidae: plures Adher-
2 balem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. igitur Iugur-
tha quam maxumas potest copias armat, urbis partim vi alias
voluntate imperio suo adiungit, omni Numidiae imperare parat.
3 Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent
de caede fratris et fortunis suis, tamen fretus multitudine militum
4 parabat armis contendere. sed ubi res ad certamen venit, victus
ex proelio profugit in provinciam ac deinde Romam contendit.
tum Iugurtha patratis consiliis, postquam omnis Numidiae potie-

---

zeigt an, daß es ſo in der Hausordnung eingeführt war. *re* hebt in dem Kompoſitum das Pflichtmäßige, den vorausgegangenen Auftrag hervor, wie *litteras reddere*, *renuntiare*, *ad senatum referre*. — *ceterum*, bricht die Aufzählung der weitern, ohnedies ja leicht verſtändlichen Aufträge ab, mit der Zuſicherung, daß Jugurtha, wie immer es gehen möge, zu rechter Zeit bei der Hand ſein werde. Dadurch ſoll dem den Anſchlag ahnenden Vertrauen und Mut eingeflößt werden.

5. *divorsi*, die einen dahin, die andern dorthin im Hauſe dringend. — *clausa*, was verſchloſſen war. — *strepitu et tumultu*, durch Lärmen und Toben. — *initio*, ſogleich beim Einbruch.

13. Die nächſten Folgen der Ermordung Hiempſals.

13. 1. *illum*, neben *alterum* hebt die durch die vorhergehende Erzählung hinlänglich gekennzeichnete Perſönlichkeit hervor.

3. *tametsi — miserat*, er wartete die Entſchließung des römiſchen Senats nicht ab. — *fortunis*, Schickſale. — *multitudine*, vgl. o. *plures sequuntur*.

4. *res venit ad*, es kommt zu. — *in provinciam*, in die römiſche Provinz Afrika (Karthago). — *profugit*. Das Kompoſitum deutet die Haſt an, mit welcher er ſein angeſtammtes Land verließ; ebenſo *contendit*.

5. *patratis* = *perfectis*, nämlich durch die Ermordung des Hiempsal und die Vertreibung des Adherbal. — *postquam potiebatur*, nachdem er im Beſitz der Macht war. *postquam*

batur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum neque advorsus iram eius usquam nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua spem habere. itaque paucis diebus 6
cum auro et argento multo legatos Romam mittit, quis praecipit, primum uti veteres amicos muneribus expleant, deinde novos adquirant, postremo quaecumque possint largiundo parare ne cunctentur. sed ubi Romam legati venere et ex praecepto regis 7
hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere, tanta commutatio incessit, ut ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Iugurtha veniret. quorum pars spe alii praemio inducti singulos ex senatu 8
ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. igitur ubi 9
legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

‚Patres conscripti, Micipsa pater meus moriens mihi prae- 14
cepit, uti regni Numidiae tantummodo procurationem existumarem meam, ceterum ius et imperium eius penes vos esse; simul eniterer domi militiaeque quam maxumo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos affinium loco ducerem: si ea fecissem, in vostra amicitia exercitum divitias munimenta

---

wird mit dem Imperfekt verbunden, wenn die Dauer des eingetretenen Zuſtandes hervorgehoben werden ſoll. — *in otio,* die Folge von *postquam potiebatur.* Es gab zunächſt nichts mehr für ihn zu thun.

6. *paucis diebus*, nach Adherbals Flucht. — *quaecumque,* alles mögliche von Hilfsmitteln und Perſonen.

7. *hospitibus,* die in der beſonderen Beziehung der Gaſtfreundſchaft, des *hospitium*, zu Jugurtha ſtanden. — *aliisque,* nämlich aus den *nobiles.* — *ut — veniret,* ſo daß der größte Haß des Adels gegen Jugurtha ſich in Gunſt und Gewogenheit umwandelte.

8. *quorum*, inbezug auf *nobiles* in *nobilitatis.* — *spe,* nämlich *praemii.* — *singulos ambire,* bei jedem einzelnen umhergehen.

9. *igitur ubi — confidunt.* Infolge dieſer Anſtrengungen geſchah es, daß, als die Senatsſitzung für die Verhandlung feſtgeſetzt wurde, die Geſandten des Jugurtha volles Vertrauen hatten. — *utrisque,* beiden Teilen.

14. Adherbals Rede im Senat zu Rom.

14. 1. *procuratio,* die durch rechtmäßigen Auftrag erhaltene Verwaltung einer Sache an Stelle deſſen, dem *ius et imperium,* Recht und Gewalt über dieſelbe zukommt. Daher auch die Verwaltung einer Provinz, welche von dem durch den Senat ernannten Statthalter einem Stellvertreter *(vicarius)* übertragen worden iſt. Als einen ſolchen Stellvertreter erklärt ſich Adherbal. — *munimenta regni,* überhaupt jede Stütze der Herrſchaft.

2 *regni me habiturum. quae cum praecepta parentis mei agita-*
rem, Iugurtha, homo omnium quos terra sustinet sceleratis-
sumus, contempto imperio vostro Masinissae me nepotem et
iam ab stirpe socium atque amicum populi Romani regno for-
3 *tunisque omnibus expulit. atque ego, patres conscripti, quo-*
niam eo miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea quam
ob maiorum meorum beneficia posse me a vobis auxilium petere,
ac maxume deberi mihi beneficia a populo Romano, quibus non
egerem; secundum ea, si desideranda erant, uti debitis uterer.
4 *sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in*
manu fuit Iugurtha qualis foret, ad vos confugi, patres con-
scripti, quibus, quod mihi miserrumum est, cogor prius oneri
5 *quam usui esse. ceteri reges aut bello victi in amicitiam a vobis*
recepti sunt aut in suis dubiis rebus societatem vostram appeti-
verunt. familia nostra cum populo Romano bello Carthagi-
niensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides eius quam
6 *fortuna petunda erat. quorum progeniem vos, patres conscripti,*
nolite pati me nepotem Masinissae frustra a vobis auxilium

---

2. *cum agitarem*, da ich zu beobachten bemüht war. — *iam ab stirpe,* ſchon von Geburt. Adherbal hebt hervor, daß er durch Erbſchaft in den Ehrentitel *socius atque amicus populi Romani* eingetreten ſei. Sonſt gab der römiſche Senat dieſe Auszeichnung auswärtigen Fürſten und Völkern als Anerkennung oder Aufmunterung, der römiſchen Sache treu zu ſein.

3. *quoniam venturus eram*, weil ich kommen ſollte. Das Partic. fut. act. wird öfters gebraucht, um das in den Verhältniſſen, in dem Schicksal Unabänderliche zu bezeichnen. — *ac maxume*, eine Steigerung des erſten Wunſches *vellem potius*. Das Hauptgewicht des letztern liegt in *quibus non egerem*. — *secundum ea*, in zweiter Linie, wird durch *si desideranda erant* erklärt und hebt das *quibus non egerem* auf, = wenn denn doch der Fall eintreten ſollte, daß ich davon Gebrauch machen muß. *quibus* iſt Objekt zu *egerem* und *uterer*.

4. *per se ipsa*, ſelbſt für ſich, ohne den Schutz anderer. — *probitas*, Ehrlichkeit, wie ſie Adherbal gegen Jugurtha gelten ließ. — *fuit*, neben *est*, hebt den einzelnen eingetretenen Fall hervor neben der allgemeinen Erfahrung, die ſich auch an Adherbal als richtig erwieſen hat. — *neque mihi in manu fuit.* Nach der Ermordung des Hiempsal mußte Adherbal auf alles gefaßt ſein (daher *foret*). — *in manu est* = es iſt in der Gewalt.

5. *ceteri reges*, ſonſt wurden Könige etc. — *petunda erat*, zu ſuchen war. *quorum* = *et, itaque eorum*, auf *familia* bezogen. — *progeniem*, Appoſition zu *me*, wie *nepotem Masinissae*.

petere. si ad impetrandum nihil causae haberem praeter mi- 7
serandam fortunam, quod paulo ante rex genere fama atque
copiis potens, nunc deformatus aerumnis inops, alienas opes
exspecto, tamen erat maiestatis populi Romani prohibere iniu-
riam neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere. verum 8
ego eis finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus Ro-
manus dedit, unde pater et avus meus una vobiscum expulere
Syphacem et Carthaginiensis. vostra beneficia mihi erepta sunt,
patres conscripti, vos in mea iniuria despecti estis. eheu me 9
miserum! hucine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut, quem
tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti, is po-
tissumum stirpis tuae exstinctor sit? numquam ergo familia
nostra quieta erit? semperne in sanguine ferro fuga vorsabitur?
dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia saeva patie- 10
bamur: hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis
erat. postquam illa pestis ex Africa eiecta est, laeti pacem
agitabamus, quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quem
vos iussissetis. ecce autem ex improviso Iugurtha, intoleranda 11
audacia scelere atque superbia sese efferens, fratre meo atque
eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris
sui praedam fecit, post, ubi me eisdem dolis non quit capere,
nihil minus quam vim aut bellum exspectantem in imperio
vostro, sicut videtis, extorrem patria domo, inopem et coper-
tum miseriis effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno essem.

---

7. *si*, hier = *etiam si*, wie *tamen erat* im Nachſatz zeigt. — *impetrare*, die Erfüllung einer Bitte erlangen. — *quod — exspecto*, Erklärung zu *miserandam fortunam*. — *rex — potens*, ein durch Abkunft, Ruhm und Mittel mächtiger König. — *deformatus aerumnis*, entſtellt durch Sorgenlaſt.

8. *verum*. In Wahrheit aber verhält ſich die Sache ſo, daß ich nicht als Fremder hier Hilfe ſuche, ſondern als Erbe der Herrſchaft, welche das römiſche Volk meinen Ahnen geſchenkt hat. Daher *vos in mea iniuria despecti estis*.

9. *hucine — evasere*, dahin ſind deine Wohlthaten gekommen, d. i. dahin haben deine Wohlthaten geführt, daß etc.

10. *iure patiebamur*, als Verbündete Roms. — *illa pestis*, die karthagiſche Herrſchaft. — *nisi forte*, außer vielleicht. — *quem iussissetis* = *is quem*, = *si quem*, nämlich *hostem esse*, *existimari iussissetis*.

11. *extorrem — effecit* = *effecit, ut extorris essem*. — *tutius*, mehr in Sicherheit. Bei Salluſt findet ſich häufig das Adverb prädikativ zu *esse*.

12 *ego sic existumabam, patres conscripti, uti praedicantem audi-*
veram patrem meum: qui vostram amicitiam diligenter colerent,
eos multum laborem suscipere, ceterum ex omnibus maxume
13 *tutos esse. quod in familia nostra fuit, praestitit, uti in omni-*
bus bellis adesset vobis: nos uti per otium tuti simus, in vostra
manu est, patres conscripti.

14 *Pater nos duos fratres reliquit, tertium Iugurtham bene-*
ficiis suis ratus est coniunctum nobis fore. alter eorum neca-
15 *tus est, alterius ipse ego manus impias vix effugi. quid agam?*
aut quo potissumum infelix accedam? generis praesidia omnia
exstincta sunt. pater, uti necesse erat, naturae concessit. fratri,
quem minume decuit, propinquus per scelus vitam eripuit. affi-
nis amicos propinquos ceteros meos alium alia clades oppressit:
capti ab Iugurtha pars in crucem acti, pars bestiis obiecti
sunt, pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris cum
16 *maerore et luctu morte graviorem vitam exigunt. si omnia,*
quae aut amisi aut ex necessariis advorsa facta sunt, incolu-
mia manerent, tamen, si quid ex improviso mali accidisset,
vos implorarem, patres conscripti, quibus pro magnitudine im-
17 *peri ius et iniurias omnis curae esse decet. nunc vero exsul*
patria domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quo
accedam aut quos appellem? nationesne an reges, qui omnes
familiae nostrae ob vostram amicitiam infesti sunt? an quoquam
mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta

---

12. *sic* weiſt auf *qui — esse* hin, nicht auf *uti audiveram.*

13. *praestitit*, nämlich *id;* ſtatt deſſen der erklärende Zuſatz *uti — adesset vobis. — nos — est,* hebt die zu erwartende Gegenleiſtung hervor.

14. *tertium*, näml. *fratrem*, als dritter Bruder, glaubte er, würde etc.

15. *praesidia omnia,* die Stützen des Geſchlechts werden einzeln aufgezählt in *pater, frater, affinis, amici. — quem = is quem. — vitam exigunt,* bringen ihr Leben bis zum Ende dahin.

16. *quae* hier Objekt zu *amisi* und Subjekt zu *facta sunt.*— *ex necessariis,* von ſeiten der Verwandten, d. i. Iugurthas. — *ius*, das Recht, *omnes iniurias,* alle Verletzungen des Rechts.

17. *nunc vero,* Gegenſatz zu *omnia incolumia. — solus,* einſam und verlaſſen. — *omnium honestarum rerum,* alles deſſen, was zur Auszeichnung *(honor)* des Standes gehört. — *maiorum hostilia monumenta = monumenta maiorum ut hostium,* Denkzeichen der Vorfahren als geweſener Feinde. — *pluruma*, prädikativ, in Menge. — *aut — potest* wie oben *quo accedam, aut quos appellem,* eine Erweiterung der Frage: *an quoquam — sint.*

pluruma sint? aut quisquam nostri misereri potest, qui ali-
quando vobis hostis fuit? postremo Masinissa nos ita instituit, 18
patres conscripti, ne quem coleremus nisi populum Romanum,
ne societates neu foedera nova acciperemus, abunde magna prae-
sidia nobis in vostra amicitia fore: si huic imperio fortuna
mutaretur, una occidundum nobis esse. virtute ac dis volen- 19
tibus magni estis et opulenti, omnia secunda et oboedientia
sunt: quo facilius sociorum iniurias curare licet. tantum illud 20
vereor, ne quos privata amicitia Iugurthae parum cognita trans-
vorsos agat; quos ego audio maxuma ope niti ambire fatigare
vos singulos, ne quid de absente incognita causa statuatis;
fingere me verba et fugam simulare, cui licuerit in regno
manere. quod utinam illum, cuius impio facinore in has mi- 21
serias proiectus sum, eadem haec simulantem videam, et ali-
quando aut apud vos aut apud deos immortalis rerum humanarum
cura oriatur: ne ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque prae-
clarus est, omnibus malis excruciatus impietatis in parentem
nostrum, fratris mei necis mearumque miseriarum gravis poe-
nas reddat. iamiam frater, animo meo carissume, quamquam 22
tibi immaturo et unde minume decuit vita erepta est, tamen
laetandum magis quam dolendum puto casum tuum. non enim 23
regnum sed fugam exsilium egestatem et omnis has quae me
premunt aerumnas cum anima simul amisisti. at ego infelix,

---

18. *foedera,* unter Beachtung religiöſer Förmlichkeit abgeſchloſſene Verträge, alſo mehr als *societates.* — *abunde,* prädikativ zu *fore.* — *huic imperio,* dat. incommodi.

19. *curare,* hier = *curae habere,* ſich angelegen ſein laſſen.

20. *tantum illud vereor,* aſyndetiſch angeſchloſſen, wie wenn vorausginge: und ich fürchte nicht, daß ihr dieſe *cura* vergeſſet. — *privata,* perſönliche. — *Iugurthae,* genet. subiect. — *transvorsos agere,* auf falſche Wege treiben. — *fatigare,* keine Ruhe laſſen. — *incognita causa,* ohne Feſtſtellung des Thatbeſtandes, ohne gerichtliche Unterſuchung.

21. *quod utinam,* vgl. 1. 5. Hier bezieht sich *quod* auf den letzten Satz *fingere me — manere.* — *proiectus sum,* ich bin hinausgeſtoßen worden.— *cura,* wie oben 19 *curare.*— *ne* = *nae,* fürwahr. Wahrlich, dann würde er etc. — *poenas reddere* ſtatt des gewöhnlichern *dare,* erinnert an *res reddere,* und ſchließt den Begriff der Genugthuung in ſich. Vgl. 12. 3.

22. *iamiam,* jetzt, ja jetzt. — *unde,* von der Seite wo. — *laetandum,* der Gleichmäßigkeit der Konſtruktion wegen wie *dolendum* transitiv gebraucht.

in tanta mala praecipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum praebeo, incertus quid agam, tuasne iniurias persequar ipse auxili egens an regno consulam, cuius vitae necis-
24 *que potestas ex opibus alienis pendet. utinam emori fortunis meis honestus exitus esset neu vivere contemptus viderer, si defessus malis iniuriae concessissem. nunc neque vivere lubet neque mori licet sine dedecore.*

25 *Patres conscripti, per vos, per liberos atque parentis vostros, per maiestatem populi Romani, subvenite mihi misero, ite obviam iniuriae, nolite pati regnum Numidiae, quod vostrum est, per scelus et sanguinem familiae nostrae tabescere.*'

15 Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthae largitione magis quam causa freti paucis respondent. Hiempsalem ob saevitiam suam ab Numidis interfectum, Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri quod iniuriam facere nequivisset. Iugurtham ab senatu petere ne se alium putarent, ac Numantiae cognitus esset, neu verba inimici ante facta sua
2 ponerent. deinde utrique curia egrediuntur. senatus statim consulitur. fautores legatorum, praeterea [senatus] magna pars gratia

---

23. *rerum humanarum spectaculum*, ein Schauſtück der Hinfälligkeit der menſchlichen Dinge. — *incertus quid agam*, bezeichnet die ganze Ratloſigkeit in der Lage, daher nicht *utrum*. Die zwei folgenden Fragen ſchließen ſich nicht gegenſätzlich aus, ſind daher auch mit *ne — an* gebildet. — *regno consulere*, für den angeſtammten Thron ſorgen. — *cuius* zu *potestas*. Die *potestas vitae necisque*, alſo die *potestas regia* iſt nicht mehr unabhängig in ſeiner Hand. Vgl. oben § 1. — *alienis*, d. i. *Romanorum*.

24. *utinam — esset*. Der Tod wäre nicht ehrenvoll, weil er das Unrecht ungerächt ließe. — *neu — concessissem*. Das Leben iſt nicht ehrenvoll, weil es gleichfalls das Unrecht ungerächt läßt, wenn er ſich vom Übermaß des Elends zur Thatloſigkeit niederdrücken läßt. Daher *neque vivere lubet*, ich mag nicht leben, *neque mori licet*, und kann nicht ſterben, *sine dedecore*, zu beidem.

25. *per*, elliptiſch, wie „bei“. — *quod vostrum est*, vgl. § 8. — *sanguinem*, Blutvergießen.

15. 16. Erwiderung der Geſandten Iugurthas. Teilung Numidiens. Erſte Geſandtſchaft des Senates.

15. 1. *causa*, ihre Sache. — *ultro*, ſeinerſeits.

2. *utrique*, beide Teile. — *fautores*, vgl. 13, 8. — *gratia*, der perſönliche Einfluß (der Geſandten), welcher durch beliebt machendes Weſen oder zur Dankbarkeit verpflichtendes Benehmen gewonnen wird. Soweit die Senatoren nicht wirklich durch Geld beſtochen *(fautores)* waren, ließen ſie ſich durch das einnehmende Weſen der Geſandten

depravata Adherbalis dicta contemnere, Iugurthae virtutem ex-
tollere, gratia voce denique omnibus modis pro alieno scelere
et flagitio sua quasi pro gloria nitebantur. at contra pauci, quibus 3
bonum et aequum divitiis carius erat, subveniundum Adherbali
et Hiempsalis mortem severe vindicandum censebant, sed ex 4
omnibus maxume Aemilius Scaurus, homo nobilis impiger factiosus
avidus potentiae honoris divitiarum, ceterum vitia sua callide
occultans. is postquam videt regis largitionem famosam impu- 5
dentemque, veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia
invidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit. vicit **16**
tamen in senatu pars illa, quae vero pretium aut gratiam ante-
ferebat. decretum fit uti decem legati regnum, quod Micipsa 2
obtinuerat, inter Iugurtham et Adherbalem dividerent. cuius le-
gationis princeps fuit L. Opimius homo clarus et tum in senatu
potens, quia consul C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis
acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. eum Iugur- 3
tha tametsi Romae in inimicis habuerat, tamen accuratissume
recepit, dando et pollicendo multa perfecit, uti famae fide, po-
stremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. reliquos 4
legatos eadem via aggressus plerosque capit, paucis carior fides
quam pecunia fuit. in divisione quae pars Numidiae Maureta- 5
niam attingit, agro virisque opulentior, Iugurthae traditur, illam

---

beſtimmen. — *contemnere*, der Beachtung nicht wert finden. — *gratia voce*, durch Gunſt und Wort. *gratia* hier der Einfluß der Senatoren, den dieſe zugunſten des Iugurtha geltend machten.

4. *impiger*, raſtlos. — *factiosus*, von *factio*, einer, der durch Zuſammenſchluß Gleichgeſinnter etwas fertig zu bringen *(facere)* ſucht, gewöhnlich in ſchlimmem Sinne auf die politiſchen Verhältniſſe angewendet, „voll Parteiränken“.— *vitia*, Fehler.

5. *famosam*, von der alles ſprach. — *solet*, nämlich *fieri*. — *licentia*, die Willkür im Handeln; *polluta*, durch Annahme von Geld befleckt. Es wird alſo angedeutet, daß Scaurus in ſeiner Habſucht gern der Beſtechung offene Hand geboten hätte und nur durch die dadurch entſtehende Gehäſſigkeit und Beeinträchtigung der perſönlichen Stellung davon abgehalten wurde *(vitia sua callide occultans)*.

16. *pretium aut gratiam*, Geld oder Gunſt, nämlich *Iugurthae*.

2. *potens, quia — exercuerat*, eine ſcharfe Verurteilung der maßloſen Parteileidenſchaft der Optimaten während und nach den gracchiſchen Unruhen.

3. *accuratissume*, mit der ſorgfältigſten Aufmerkſamkeit. — *fide*, alte Form des Dativs = *fidei*. *fides*, Treue im Feſthalten am Rechten, Gewiſſen.

5. *agro*, Ackerland, im Gegenſatz

alteram specie quam usu potiorem, quae portuosior et aedificiis
magis exornata erat, Adherbal possedit.

17 Res postulare videtur Africae situm paucis exponere et eas
2 gentis, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. sed
quae loca et nationes ob calorem aut asperitatem, item solitudines
minus frequentata sunt, de eis haud facile compertum narrave-
rim. cetera quam paucissumis absolvam.

3 In divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam
posuere. pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam
4 in Europa. ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et
Oceani, ab ortu solis declivem latitudinem, quem locum Cata-
5 bathmon incolae appellant. mare saevum importuosum, ager fru-
gum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus, caelo terraque
6 penuria aquarum. genus hominum salubri corpore, velox, patiens
laborum. plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis
interiere: nam morbus haud saepe quemquam superat. ad hoc
7 malefici generis pluruma animalia. sed qui mortales initio Africam
habuerint quique postea accesserint, aut quo modo inter se per-
mixti sint, quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, divor-
sum est, tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dice-
bantur, interpretatum nobis est utique rem sese habere cultores

---

zu dem an Städten reicheren Teil. — *quae — erat,* Erklärung zu *specie.* — *possedit,* hatte in Beſitz, nämlich durch die Teilung.

17—19. Beſchreibung Afrikas.

17. 2. *ob calorem aut asperitatem,* wegen des heißen oder rauhen Klimas; daher das ausſchließende *aut.* — *compertum,* Gewiſſes.

3. *in parte tertia posuere,* haben als dritten Erdteil angenommen.

4. *nostrum mare,* das mittelländiſche Meer, *Oceanus,* das atlantiſche Meer. — *ab ortu solis,* von Oſten her = nach Oſten. — *declivem latitudinem,* von Cyrenaica bis zum Nilthal. Dieſe „weithin ſich erſtreckende Abdachung“ wurde bei den Alten vielfach zu Aſien gerechnet.

5. *mare,* an der Küſte von Afrika. — *pecori, arbori,* für die Viehzucht, für die Baumpflanzung. — *caelo terraque,* eine Verbindung wie *terra marique.*

6. *genus — corpore,* ein geſunder, kräftiger Menſchenſchlag. — *plerosque senectus dissolvit,* d. i. Krankheiten kennen ſie nicht. — *nisi qui,* außer wenn welche, außer denen, welche etc. — *aut bestiis,* oder aber auch, wird erläutert durch *ad hoc — animalia.*

7. *quae plerosque obtinet,* welche ſich bei den meiſten behauptet. — *regis Hiempsalis,* nämlich *esse.* Sie ſtammen von Hiempſal, der nach Iugurtha mit Hiarbas das Reich Numidien beſaß. — *interpretatum est,* paſ-

eius terrae putant, quam paucissumis dicam. ceterum fides eius rei penes auctores erit.

Africam initio habuere Gaetuli et Libyes, asperi incultique, 18
quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum uti pecoribus.
ei neque moribus neque lege aut imperio cuiusquam regebantur: 2
vagi palantes qua nox coegerat sedes habebant. sed postquam 3
in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit, exercitus eius compositus ex variis gentibus amisso duce ac passim multis sibi
quisque imperium petentibus brevi dilabitur. ex eo numero Medi 4
Persae et Armenii, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro
mari locos occupavere, sed Persae intra Oceanum magis, eique 5
alveos navium invorsos pro tuguriis habuere, quia neque materia
in agris neque ab Hispanis emundi aut mutandi copia erat: mare 6
magnum et ignara lingua commercio prohibebant. ei paulatim 7
per conubia Gaetulos secum miscuere et, quia saepe temptantes agros alia deinde alia loca petiverant, semet ipsi Nomadas appellavere. ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae 8
mapalia illi vocant, oblonga incurvis lateribus tecta quasi navium
carinae sunt. Medi autem et Armenii accessere Libyes — nam 9

ſiviſch, wie manchmal das Part. perf. der Deponentia, die urſprünglich aktive Form hatten. — *utique putant.* Die mündliche Überlieferung der Volksſage ſtimmt mit den geſchriebenen Büchern überein. — *fides — erit.* Für die Glaubwürdigkeit will Salluſt nicht einſtehen.

18. 1. *asperi*, roh von Natur, *incultique*, und auch nicht durch Kultur veredelt; dazu die Erklärung *quis — uti pecoribus.* — *humi pabulum,* was auf dem Boden als Weidekraut wächſt. — *uti pecoribus* zu *humi pabulum.*

2. *ei — regebantur,* ein geſetzloſes Nomadenvolk. — *vagi,* prädikative Ergänzung zu *palantes. palari* bedeutet das Umherſchweifen in einzelnen Haufen oder Abteilungen, hier zur Aufſuchung des Lebensbedarfes, *vagi,* das dadurch entſtehende unſtäte Umherwandern: „unſtät umherſchweifend“.

3. *in Hispania Hercules,* daher die Säulen des Herkules in der Sage.

4. *locos,* die zur Niederlaſſung geeigneten Stellen. — *intra Oceanum,* innerhalb der Grenzen des Oceans, alſo an der Nordweſtküſte von Afrika.

5. *materia in agris,* Bauholz im Lande. — *mutare,* aus- und eintauſchen, durch Tauſchhandel erwerben.

6. *ignara,* hier paſſiviſch.

7. *saepe temptantes,* ſie machten oft Verſuche mit neuen Feldern und kamen ſo von einer Gegend zur andern. — *Nomadas,* d. i. die Weidenden, auf den Weiden Umherſchweifenden. Daraus entſtand *Numidae.*

9. *Medi et Armenii.* Die Perſer ließen ſich an der Küſte des atlanti-

hi propius mare Africum agitabant, Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus — eique mature oppida habuere: nam freto
10 divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant. nomen eorum paulatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis appel-
11 lantes. sed res Persarum brevi adolevit; ac postea nomine Numidae propter multitudinem a parentibus digressi possedere ea
12 loca, quae proxume Carthaginem Numidia appellatur. deinde utrique alteris freti finitumos armis aut metu sub imperium suum coegere, nomen gloriamque sibi addidere, magis ei qui ad nostrum mare processerant, quia Libyes quam Gaetuli minus bellicosi.
13 denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est, victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

19 Postea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperi cupidine sollicitata plebe et aliis novarum rerum avidis, Hipponem Hadrumetum Leptim aliasque urbis in ora marituma condidere, eaeque brevi multum auctae pars originibus suis prae-
2 sidio aliae decori fuere. nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere, quoniam alio properare tempus monet.

3 Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit,

---

ſchen Oceans nieder und vermiſchten ſich dort mit den nach Süden ſich ausdehnenden Gätulen. Die Meder und Armenier aber zogen mehr oſtwärts gegen Libyen hin *(accessere Libyas)* und ließen ſich an der Küſte des Mittelmeeres nieder. — *ab ardoribus*, von der heißen Zone. — *eique*, die Meder und Armenier. — *freto*, nicht wie die Perſer durch das *mare magnum*. — *inter se*, wie wenn *ab Hispanis* vorausginge.

11. *res adolevit*, das Gemeinweſen wuchs, erſtarkte. — *multitudo*, Übervölkerung. — *possedere*, vgl. 16. 5.

12. *utrique*, die beiden Teile der Perſer, die am Ocean wohnenden und die nordoſtwärts ausgewanderten. — *alteris*, auf einander.

13. *inferior*, der gegen das Meer hin gelegene niedrigere Teil; Gegenſatz iſt *superior*, das innere Bergland. — *in gentem — concessere*, gingen alle auf in dem Volk.

19. 1. *imperi cupidine*, aus Begier nach der Herrſchaft wiegelten einzelne das Volk und noch andere *(et aliis)*, nämlich aus den Vornehmen auf, welche nach Neuerungen begierig waren. *sollicitata* iſt auch auf *aliis* zu beziehen. Nachdem das Unternehmen fehlgeſchlagen, wandert die Schar der Unzufriedenen aus. Übervölkerung und Bürgerzwiſt waren die erſten Urſachen der Koloniſation im Altertum. Bürgerzwiſt aber wurde durch die Begier nach der Herrſchaft erregt. — *originibus*, den Mutterſtädten.

2. *nam* begegnet dem Einwand, daß Karthago nicht berührt werde.

3. *igitur*, nimmt die Beſchreibung wieder auf. *ad Catabathmon*, gegen

secundo mari prima Cyrene est, colonia Theraeon, ac deinceps duae
Syrtes interque eas Leptis, deinde Philaenon arae, quem locum
Aegyptum vorsus finem imperi habuere Carthaginienses, post aliae
Punicae urbes. cetera loca usque ad Mauretaniam Numidae tenent, 4
proxume Hispaniam Mauri sunt. super Numidiam Gaetulos acce- 5
pimus partim in tuguriis alios incultius vagos agitare, post eos 6
Aethiopas esse, dein loca exusta solis ardoribus. igitur bello 7
Iugurthino pleraque ex Punicis oppida et finis Carthaginiensium,
quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus ad-
ministrabat, Gaetulorum magna pars et Numidae usque ad flumen
Muluccham sub Iugurtha erant, Mauris omnibus rex Bocchus im-
peritabat, praeter nomen cetera ignarus populi Romani itemque
nobis neque bello neque pace antea cognitus. de Africa et eius 8
incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

Postquam diviso regno legati Africa decessere et Iugurtha 20
contra timorem animi praemia sceleris adeptum sese videt, certum
esse ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia
Romae venalia esse, simul et illorum pollicitationibus accensus,
quos paulo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis
animum intendit. ipse acer bellicosus, at is quem petebat quietus 2

Katabathmos hin. — *secundo mari,* dem *secundo flumine* nachgebildet, hier = *secundum oram maris,* wenn man der Meeresküſte folgt. — *prima,* nämlich weſtwärts von Katabathmos. — *Theraeon,* griechische Genetivform. Thera gehört zu den Cykladen. — *deinceps,* dem Meere weiter nach ſüdweſtlich die groſʒe Syrte, von da weiter der Küſte entlang die kleine Syrte. — *deinde,* weiter oſtwärts von Leptis, in der Nähe der groſʒen Syrte. — *post,* noch weiter hin oſtwärts.

4. *cetera,* von dem öſtlichen Ausgangspunkt Cyrene aus weſtlich.

5. *super,* ſüdlich, nach den Höhen des Atlas hin. — *incultius,* noch weniger kultiviert.

7. *igitur,* leitet über von von der geographiſchen Beſchreibung zur Rückkehr zur hiſtoriſchen Erzählung. So alſo verhält es ſich mit den Örtlichkeiten Afrikas, und als der iugurthiniſche Krieg ausbrach, verwalteten etc. — *habuerant,* hatten in Beſitz erhalten. Ähnlich öfters *possidere.* — *novissume,* durch den 3. puniſchen Krieg.

8. *ad necessitudinem,* ſoweit nötig.

20.—21. 3. Iugurthas Einfall in Adherbals Gebiet.

20. 1. *contra timorem animi,* im Gegenſatz zu ſeiner Befürchtung.

3. *acer,* Gegenſatz zu *quietus,* rührig, ſchneidig. — *quem petebat,* auf

imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam
3 metuendus. igitur ex improviso finis eius cum magna manu
invadit, multos mortalis cum pecore atque alia praeda capit, aedi-
4 ficia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit, deinde
cum omni multitudine in regnum suum convortit, existumans
Adherbalem dolore permotum iniurias suas manu vindicaturum
5 eamque rem belli causam fore. at ille, quod neque se parem armis
existumabat et amicitia populi Romani magis quam Numidis fretus
erat, legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit. qui tametsi
contumeliosa dicta rettulerant, prius tamen omnia pati decrevit
6 quam bellum sumere, quia temptatum antea secus cesserat. neque
eo magis cupido Iugurthae minuebatur, quippe qui totum eius
7 regnum animo iam invaserat. itaque non uti antea cum prae-
datoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere coepit
8 et aperte totius Numidiae imperium petere. ceterum qua pergebat
urbis agros vastare, praedas agere, suis animum hostibus terrorem
21 augere. Adherbal ubi intellegit eo processum, uti regnum aut
relinquundum esset aut armis retinendum, necessario copias parat
2 et Iugurthae obvius procedit. interim haud longe a mari prope
Cirtam oppidum utriusque exercitus consedit, et quia diei extremum
erat, proelium non inceptum. sed ubi plerumque noctis pro-

---

den er es abgeſehen hatte. — *placido ingenio,* von ſanfter Natur. — *opportunus,* leicht ausgeſetzt.

3. *hostiliter,* mit allen Übelthaten, die ſich der alte *hostis* glaubte erlauben zu dürfen, d. i. mit Mord, Plünderung, Brandſchatzung etc. — *accedit,* rückt ein, ſucht heim.

4. *cum omni multitudine,* nämlich der Beute. — *convertere,* wie *vertere,* öfters „ſich wenden“.

5. *bellum sumere,* zum Krieg greifen. — *temptatum antea,* vgl. 13. 3. 4. — *secus cesserat,* weil anders (als erwartet) ausgefallen war. — *neque,* aber nicht. — *quippe qui,* mit dem Indikativ ſtatt des gewöhnlichen Konjunktiv hebt die fertige Thatſache mehr hervor. „Hatte er ja doch den Angriff gemacht“. — *totum,* betont in der Voranſtellung. Der eben erzählte Einfall hatte noch nicht das ganze Gebiet Adherbals erreicht. — *animo,* in ſeinem Sinn, bei ſich.

7. *cum praedatoria manu,* wie § 3 *cum magna manu;* dazu iſt Gegenſatz *exercitus,* das regelrechte Heer. — *petere,* ausgehen auf etwas.

8. *pergebat,* nämlich *ire,* wo er vorrückte.

21. 1. *eo processum,* entſpricht unſerm: „daß es ſo weit gekommen ſei“.

2. *haud longe,* nicht gerade weit. Cirta, jetzt Konſtantine, liegt ungefähr 4 Tagemärſche weit landeinwärts. — *extremum diei, plerumque*

cessit, obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato castra hostium invadunt, semisomnos partim alios arma sumentis fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit, et ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentis moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum atque patratum bellum foret. igitur Iugurtha oppidum circumsedit, vineis 3
turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum ab Adherbale Romam missos audiverat.

Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adu- 4
lescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, senatus populique Romani verbis nuntient: velle et censere eos ab armis discedere, [de controvorsiis suis iure potius quam bello disceptare:] ita seque illisque dignum esse. legati in Africam maturantes 22
veniunt, eo magis quod Romae, dum proficisci parant, de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur: sed is rumor clemens erat. quorum Iugurtha accepta oratione respondit: *sibi neque maius quicquam neque carius auctoritate senatus esse; ab adulescentia ita se enisum, ut ab optumo quoque probaretur; virtute, non malitia P. Scipioni summo viro placuisse; ob easdem artis a Micipsa non penuria liberorum in regnum adoptatum*

---

noctis. Adiectiva neutra werden häufig ſubſtantiviſch gebraucht. — *obscuro etiam tum lumine,* jedoch noch vor Tagesanbruch. — *togati,* Römer, hier in weiterem Sinne, ſolche, welche in Beziehung zum römiſchen Staatsverband ſtanden.

3. *tempus antecapere,* die Zeit vorweg nehmen, d. i. zu ſeinem Vorteil ausnützen. *tempus legatorum,* die Zeit, welche die Geſandten zur Reiſe und Verhandlung in Rom brauchten. Dieſen Verhandlungen wollte er mit einer fertigen Thatſache begegnen.

21. 4—22. Zweite römiſche Geſandtſchaft.

4. *senatus populique Romani.* In den auswärtigen Beziehungen handelt der Senat als Repräſentant des Volkes kraft ſeiner durch das letztere erhaltenen Vollmacht. — *verbis,* im Auftrag. — *velle et censere. senatus censet, populus vult (iubet).* — *iure potius quam bello disceptare,* auf dem Wege des Rechtes vielmehr als mit den Waffen ſich auseinanderſetzen.

22. 1. *maturantes,* in beſchleunigter Reiſe. — *eo magis,* bezieht ſich auf *maturantes.* — *is rumor,* nämlich von der Lage in Cirta. *clemens,* noch milde. Hätte man die volle Wahrheit erfahren, ſo wäre noch viel mehr Grund zur Beſchleunigung der Reiſe geweſen.

2. *oratione,* Mitteilung. — *ob easdem artis,* inbezug auf *virtute* = *bonis artibus.* — *in regnum,* vgl. 10. 1.

3 *esse. ceterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum*
4 *suum iniuriam minus tolerare. Adherbalem dolis vitae suae insidiatum; quod ubi comperisset, sceleri eius obviam isse. populum Romanum neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit. postremo de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum.* ita utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit.

23 Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest, vallo atque fossa moenia circumdat, turris exstruit easque praesidiis firmat, praeterea dies noctisque aut per vim aut dolis temptare. defensoribus moenium praemia modo modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem arrigere, prorsus intentus cuncta parare.
2 Adherbal uti intellegit omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxili spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse, ex eis qui una Cirtam profugerant duos maxume impigros delegit. eos multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare,
24 dein Romam pergerent. Numidae paucis diebus iussa efficiunt. litterae Adherbalis in senatu recitatae, quarum sententia haec fuit:

2 *‚Non mea culpa saepe ad vos oratum mitto, patres conscripti, sed vis Iugurthae subigit, quem tanta lubido exstinguendi me invasit, ut neque vos neque deos immortalis in animo*
3 *habeat, sanguinem meum quam omnia malit. itaque quintum iam mensem socius et amicus populi Romani armis obsessus teneor, neque mihi Micipsae patris mei beneficia neque vostra*

---

4. *recte,* in richtiger Erkenntnis; *pro bono,* wie es in Wirklichkeit gut iſt. — *ab iure gentium,* hier der Abwehr.

5. *copia non fuit,* es war nicht möglich, weil Iugurtha es zu verhindern wußte.

23. 24. Adherbals Hilfegeſuch in Rom.

23. 1. *armis,* durch bloßen Anſturm. — *ostentare,* entgegenhalten; *formidinem,* Schrecken. Er hielt Schreckbilder entgegen in der Ausübung wilder Gewalt. — *prorsus,* die Einzelnheiten abſchließend u. zuſammenfaſſend.

2. *omnis fortunas,* die ganze Lage in allen ihren Einzelnheiten. — *duos maxime impigros,* zwei recht wackere. — *confirmat,* macht Mut. — *ad proximum mare,* zur nächſten Stelle am Meere, wo ſie sich einſchiffen konnten.

24. 2. *in animo habet,* denkt an.

decreta auxiliantur; ferro an fame acrius urgear incertus sum.
plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea. et 4
iam antea expertus sum parum fidei miseris esse. nisi tamen 5
intellego illum supra quam ego sum petere neque simul ami-
citiam vostram et regnum meum sperare. utrum gravius exi-
stumet, nemini occultum est. nam initio occidit Hiempsalem 6
fratrem meum, deinde patrio regno me expulit. quae sane fue-
rint nostrae iniuriae, nihil ad vos. verum nunc vostrum reg- 7
num armis tenet, me, quem vos imperatorem Numidis posui-
stis, clausum obsidet; legatorum verba quanti fecerit pericula
mea declarant. quid est reliquum nisi vis vostra, quo moveri 8
possit? nam ego quidem vellem et haec quae scribo et illa 9
quae antea in senatu questus sum vana forent potius quam
miseria mea fidem verbis faceret. sed quoniam eo natus sum, 10
ut Iugurthae scelerum ostentui essem, non iam mortem neque
aerumnas, tantummodo inimici imperium et cruciatus cor-
poris deprecor. regno Numidiae, quod vostrum est, uti lubet
consulite: me manibus impiis eripite, per maiestatem imperi,
per amicitiae fidem, si ulla apud vos memoria remanet avi
mei Masinissae.'

---

3. *incertus sum*, ich könnte zweifeln.

4. *dehortatur fortuna*, meine Lage ſpricht deutlicher als meine Worte. — *iam antea*, vgl. 15. 1. 2.

5. *nisi tamen*, ſchließt ſich elliptiſch an *fortuna dehortatur* an. „Wenn ich nicht doch noch das beifügen ſoll, daß ich ſehe." „Nur das jedoch füge ich bei: ich ſehe, daß". — *supra petere*, höher ſtreben, dazu die Erklärung in *neque — sperare*. — *utrum*, die römiſche Freundſchaft oder Adherbals Reich. Mit der Eroberung des letztern hört die erſtere auf.

6. *quae sane fuerint.* Doch mögen das nur Unbilden gegen mich geweſen ſein. — *nihil ad vos*, nämlich *pertineant.*

7. *vostrum regnum*, nämlich der durch die Teilung dem Adherbal zugefallene Teil. Vgl. 16. 5. Anders 14. 1. 22, wo von dem bei dem Tode des Vaters ererbten Anteil, *patrium regnum*, die Rede iſt. — *legatorum verba*, vgl. 21. 4.

9. *nam* ſchließt eng an den Gedanken an: Nur noch eure Gewalt kann ihn beſtimmen. „Viel lieber wäre es mir ja etc.

10. *sed*, bricht die Bitte um den Schutz des Reiches ab. Nur wenigſtens ſeine Perſon mögen die Römer nicht in Iugurthas Hände fallen laſſen. *ostentus*, das Zeigen; *ostentui esse*, zum Zeigen, zur Schau dienen. — — *imperium et cruciatus*, Gewalt und Marter. — *deprecor*, ich bitte um Abwendung.

25 His litteris recitatis fuere qui exercitum in Africam mittun-
dum censerent et quam primum Adherbali subveniundum, de
Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset.
2 sed ab eisdem illis regis fautoribus summa ope enisum est ne
3 tale decretum fieret. ita bonum publicum, ut in plerisque nego-
4 tiis solet, privata gratia devictum. legantur tamen in Africam
maiores natu nobiles, amplis honoribus usi. in quis fuit M. Scaurus,
de quo supra memoravimus, consularis et tum in senatu princeps.
5 ei, quod res in invidia erat, simul et ab Numidis obsecrati,
triduo navim ascendere. dein brevi Uticam appulsi litteras ad
Iugurtham mittunt, quam ocissume ad provinciam accedat se-
6 que ad eum ab senatu missos. ille ubi accepit homines claros,
quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum
suum venisse, primo commotus metu atque lubidine divorsus agi-
7 tabatur. timebat iram senatus, ni paruisset legatis; porro animus
8 cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebatur. vicit tamen in
9 avido ingenio pravum consilium. igitur exercitu circumdato summa
vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, diducta manu hostium
10 aut vi aut dolis sese casum victoriae inventurum. quod ubi secus

---

25. 26. Dritte römiſche Geſandtſchaft. Der Fall Cirtas. Die Ermordung Adherbals.

25. 2. *ab eisdem illis*, vgl. 15, 2. — *enisum est,* vgl. 17. 7.

3. *privata gratia*, die perſönliche, auf beſonderen Beziehungen beruhende Gunſt. — *devincere,* gänzlich beſiegen. So bezeichnet oft *de* in der Zuſammenſetzung den höhern Grad.

4. *maiores natu*, im Gegenſatz zu der zweiten Geſandtſchaft. Vgl. 21. 4. *amplis honoribus usi,* die hohe Ämter bekleidet hatten. — *supra memoravimus*, vgl. 15. 4. — *in senatu princeps,* eine perſönliche Auszeichnung, die bei der Umfrage um die Meinungsäußerung zur Geltung kam. Dieſelbe gebührte dem deſignierten oder im zunächſt vorausgegangenen Amtsjahr geweſenen Konſul. Daher hier die Zuſammenſtellung *consularis et tum*. Das Verhältnis des *princeps senatus* verſchob ſich natürlich alljährlich.

5. *in invidia*, nämlich *populi. in invidia esse*, wie *in invidiam venire*, Erſatz für das mangelnde paſſive Verbum.

6. *contra inceptum* = um ſein Beginnen zu verhindern. — *metu atque lubidine*, zu *agitabatur. commotus* bezeichnet die allgemeine Beunruhigung, *divorsus* die zwei verſchiedenen Seiten, nach welchen ſich ſeine Gedanken richteten, einerſeits infolge der Furcht, andererſeits infolge der Gier. Die nähere Beſtimmung von *metus* und *libido* giebt der folgende Satz. *primo* gehört zum ganzen Satz.

7. *porro,* des weitern, andererſeits.

8. *ingenio,* Natur.

9. *diducta manu*, als Folge von *exercitu circumdato.* — *vi*, wenn durch die weite Ausdehnung der Be-

procedit neque quod intenderat efficere potest, ut prius quam
legatos conveniret Adherbalis potiretur, ne amplius morando Scau-
rum, quem plurumum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus
in provinciam venit. ac tametsi senati verbis graves minae nun- 11
tiabantur, quod ab oppugnatione non desisteret, multa tamen ora-
tione consumta legati frustra discessere. ea postquam Cirtae au- 26
dita sunt, Italici, quorum virtute moenia defensabantur, confisi
deditione facta propter magnitudinem populi Romani inviolatos
sese fore, Adherbali suadent uti seque et oppidum Iugurthae
tradat, tantum ab eo vitam paciscatur, de ceteris senatui curae
fore. at ille, tametsi omnia potiora fide Iugurthae rebatur, 2
tamen quia penes eosdem, si advorsaretur, cogundi potestas erat,
ita uti censuerant Italici deditionem facit. Iugurtha in primis 3
Adherbalem excruciatum necat, deinde omnis puberes Numidas
atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat,
interficit.

Quod postquam Romae cognitum est et res in senatu agitari 27
coepta, idem illi ministri regis interpellando ac saepe gratia, inter-
dum iurgiis trahundo tempus, atrocitatem facti leniebant. ac ni 2
C. Memmius tribunus plebis designatus, vir acer et infestus po-
tentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset id agi, ut per
paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur, profecto omnis
invidia prolatandis consultationibus dilapsa foret: tanta vis gra-
tiae atque pecuniae regis erat. sed ubi senatus delicti con- 3

ſatzung Lücken oder ſchwache Stellen entſtünden; *dolis*, wenn infolge der weiten Ausdehnung nicht alle Punkte mit der gleichen Aufmerkſamkeit beobachtet würden.

10. *ut*, erklärend: „nämlich daß“.

11. *senati*, eine altertümliche Form, welche in offiziellen Redensarten beibehalten wurde, wie *senati decretum*, *senati auctoritas*. — *frustra*, erfolglos.

26. 1. *Italici*, wie 21, 2. *togati*, = *socii Italici*.

2. *fide*, inbezug auf *vitam paciscatur*.

3. *negotiatores*, wie oben *Italici*, die dem römiſchen Staatsverbande angehörigen Geſchäftsleute. — *ut — fuerat*, wie einer begegnet war. Cirta fiel 112 v. Chr.

27.—28. 3. Roms Kriegsrüſtung. Iugurthas vergebliche Beſtechungsverſuche.

27. 1. *idem illi ministri*, vgl. 25. 2. — *gratia*, einnehmendes Entgegenkommen (vgl. 25. 2), Gegenſatz dazu *iurgia*, geſuchte Streitereien. — *leniebant*, ſuchten zu mildern.

2. *potentia*, die Übermacht. — *per*, durch die Vermittelung, Bemühungen. *Iugurthae*, Dativ. — *gratia atque pecunia*, Geld und Gunſt.

3. *delictum (delinquere)*, Unterlaſ-

scientia populum timet, lege Sempronia provinciae futuris consuli-
4 bus Numidia atque Italia decretae, consules declarati P. Scipio
Nasica, L. Calpurnius Bestia: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia
obvenit. deinde exercitus qui in Africam portaretur scribitur,
28 stipendium aliaque quae bello usui forent decernuntur. at Iugur-
tha, contra spem nuntio accepto, quippe cui Romae omnia venum
ire in animo haeserat, filium et cum eo duos familiaris ad senatum
legatos mittit eisque uti illis, quos Hiempsale interfecto miserat,
2 praecipit omnis mortalis pecunia aggrediantur. qui postquam
Romam adventabant, senatus a Bestia consultus est placeretne
legatos Iugurthae recipi moenibus, eique decrevere, nisi regnum
ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem
3 Italia decederent. consul Numidis ex senatus decreto nuntiari
4 iubet; ita infectis rebus illi domum discedunt. interim Calpur-
nius parato exercitu legat sibi homines nobilis factiosos, quorum
auctoritate quae deliquisset munita fore sperabat. in quis fuit
5 Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. nam

ſungsfehler. — *conscientia*, kauſal, im Bewußtſein. — *timet*, er iſt in Furcht. — *lege Sempronia.* Nach dem vom jüngern Gracchus (123) beantragten Geſetz ſollten die Provinzen vor den Wahlkomitien (daher *futuris consulibus)* durch den Senat beſtimmt werden. Die Konsuln hatten nach der Wahl ſich unter einander zu verſtändigen oder zu loſen.

4. *Scipio,* der Sohn desjenigen Scipio, der den Tiberius Gracchus getötet hatte.

28. 1. *contra spem,* zu *nuntio,* = *inexspectato,* dazu die Erklärung in *quippe cui — haeserat,* da er ja nicht anders dachte, als daß.

2. *postquam adventabant,* vgl. 13. 5. Die Geſandten waren abgereiſt und im Herankommen *(adventare)* begriffen. — *recipi moenibus,* innerhalb der römiſchen Mauern, d. i. in der Stadt aufnehmen. — *in diebus,* innerhalb, im Verlauf der nächſten zehn Tage mußten ſie den italiſchen Boden verlaſſen haben. Die durch den Befehl des Senats angekündigte Friſt iſt ſo in ganz beſtimmte Grenzen eingeengt.

3. *nuntiari iubet,* er läßt ihnen die Botſchaft zuſtellen.

28. 4.—29. Der Feldzug des Calpurnius.

4. *legat sibi.* Der für eine Provinz bezeichnete oberſte Beamte oder Feldherr wählte ſich nach eigenem Belieben oder auf Verwendung der Beteiligten römiſche Bürger aus, die ihn in ſeiner Amtsführung unterſtützen ſollten. Eine ſolche *legatio* wurde nicht ſelten von jungen Strebern geſucht. — *factiosos,* im Parteileben hervorragend (vgl. 15. 4). — *quae deliquisset,* hier = *si quae deliquisset.* Zu *delinquere* vgl. 27. 3. — *habitus* Haltung, auch im politiſchen Sinn. — *supra,* vgl. 15. 4.

5. *nam* ſchließt erläuternd an *quae*

in consule nostro multae bonaeque artes et animi et corporis erant,
quas omnis avaritia praepediebat: patiens laborum, acri ingenio,
satis providens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula
et insidias. sed legiones per Italiam Regium atque inde Siciliam, 6
porro ex Sicilia in Africam transvectae. igitur Calpurnius initio 7
paratis commeatibus acriter Numidiam ingressus est multosque
mortalis et urbis aliquot pugnando cepit. sed ubi Iugurtha per 29
legatos pecunia temptare bellique quod administrabat asperitatem
ostendere coepit, animus aeger avaritia facile convorsus est.
ceterum socius et administer omnium consiliorum assumitur Scau- 2
rus, qui tametsi a principio plerisque ex factione eius corruptis
acerrume regem impugnaverat, tamen magnitudine pecuniae a bono
honestoque in pravum abstractus est. sed Iugurtha primo tantum- 3
modo belli moram redimebat, existumans sese aliquid interim
Romae pretio aut gratia effecturum. postea vero quam parti-
cipem negoti Scaurum accepit, in maxumam spem pactionibus
adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus prae-
sens agere. ceterum interea fidei causa mittitur a consule Sex- 4
tius quaestor in oppidum Iugurthae Vagam. cuius rei species
erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis impera-
verat, quoniam deditionis mora indutiae agitabantur. igitur rex, 5

---

deliquisset. — *quas omnis,* aber alle dieſe.

6. *sed,* Übergang von der Perſon des Führers zu dem Heere.

7. *igitur,* alſo, nachdem die Legionen übergeſetzt waren, bezeichnet den Eintritt in das kriegeriſche Vorgehen an Ort und Stelle. — *pugnando,* durch Kampf mit der Fauſt, alſo inbezug auf *mortalis,* in offenem Kampf, inbezug auf *urbis,* durch Erſtürmung.

29. 1. *sed,* leitet den Gegenſatz ein zu dem anfänglich energiſchen Auftreten. — *administrare bellum*, die Führung und ganze Verwaltung (Verpflegung der Truppen und was dazu gehört) haben. — *ostendere*, entgegenhalten, vorſtellen.

2. *qui,* und auch dieſer. — *a principio*, zu *impugnaverat.* — *a bono honestoque*, von dem, was gut und ehrlich iſt.

3. *primo*, anfänglich. — *redimebat,* wie 27. 1. *leniebant.* — *participem negoti.* Iugurtha behandelte die ganze Angelegenheit von Anfang an, ſoweit es ging, als eine Geſchäfts- oder Geldſache. — *Scaurum,* auch noch den Scaurus. — *pactionibus*, Abmachungen.

4. *fidei causa*, zur Bürgſchaft inbetreff der Verhandlungen. — *mora,* infolge des Verzugs. — *quoniam* — *agitabatur,* giebt die Erläuterung zu *quod* — *imperaverat.*

5. *igitur,* ſchließt an *fidei causa*

uti constituerat, in castra venit ac pauca praesenti consilio locutus de invidia facti sui atque uti in deditionem acciperetur, reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit. dein postero die quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur.
6 sed uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque
7 equi multi cum parvo argenti pondere quaestori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. in Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

30 Postquam res in Africa gestas quoque modo actae forent fama divolgavit, Romae per omnis locos et conventus de facto consulis agitari. apud plebem gravis invidia, patres solliciti erant. probarentne tantum flagitium an decretum consulis subvorterent
2 parum constabat. ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor
3 et socius Bestiae ferebatur, a vero bonoque impediebat. at C. Memmius, cuius de libertate ingeni et odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras senatus contionibus

---

an. — *uti — acciperetur*, von dem aus *locutus* zu entnehmenden Verbum des Bittens abhängig. — *secreta*, prädikativ. — *per saturam. lanx satura*, eine mit allerlei Früchten angefüllte Schüſſel, wie ſie bei ländlichen Opfermahlzeiten als Weihegeſchenk aufgeſtellt wurde. Übertragen iſt *per saturam* = durch einander. Die Sache war zum voraus abgemacht, es wurde daher beim förmlichen Abſchluß allerlei in kreuz und quer durcheinander gefragt, um eine klare Einſicht zu verhindern.

6. *pro consilio*, offen vor dem Kriegsrat, im Gegenſatz zu den geheimen Abmachungen *(secreta transigit)*.

7. *ad magistratus rogandos*. Der Vorſitzende der Wahlkomitien, in erſter Linie der Konsul, frägt das Volk, welche es als Beamte wählen wolle. Daher *populum rogare magistratus* = Wahlkomitien halten.

30. 31. Die Stimmung in Rom. Rede des Memmius.

30. 1. *forent* = *essent*. — *per omnis locos et conventus*, allenthalben, wo man ſich traf. — *agitari*, es wurde verhandelt über. — *invidia*, Haß. — *solliciti*, beunruhigt. — *parum constabat*, man wußte nicht recht.

2. *ferebatur*, er wurde im Gerede herumgetragen = er galt allgemein. — *quodvis — ferebatur*. Den Konſul Calpurnius preiszugeben hätte ſich der Senat wohl noch entſchließen können. Aber weil der einflußreiche Scaurus als die eigentliche Seele der ganzen ſchlechten Handlung galt, fürchteten ſie dem Konſul etwas anzuhaben, weil ſie dadurch den Scaurus treffen mußten.

3. *cuius*, gemeinſchaftlicher Genetivus subiect. zu *libertate ingeni* und *odio potentiae*, zu *potentiae* iſt *nobilitatis* Genet. subiect. — *supra*, vgl. 27. 2. — *contionibus*, in Volksreden vor verſammeltem Volke, nicht in

populum ad vindicandum hortari, monere ne rem publicam, ne libertatem suam desererent, multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum incendebat. sed quoniam ea tempestate Romae Memmi facundia 4
clara pollensque fuit, decere existumavi unam ex tam multis orationem eius perscribere ac potissumum ea dicam, quae in contione post reditum Bestiae huiuscemodi verbis disseruit.

‚Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium rei 31
publicae omnia superet: opes factionis, vostra patientia, ius nullum, ac maxume quod innocentiae plus periculi quam honoris est. nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim 2
quam ludibrio fueritis superbiae paucorum, quam foede quamque inulti perierint vostri defensores, ut vobis animus ab 3
ignavia atque socordia corruptus sit, qui ne nunc quidem obnoxiis inimicis exsurgitis atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse. sed quamquam haec talia sunt, tamen obviam 4
ire factionis potentiae animus subigit. certe ego libertatem, 5
quae mihi a parente meo tradita est, experiar. verum id

ſtaatlicher Volksverſammlung. — *prorsus intentus,* durchweg auf jede Gelegenheit aufmerkſam. — *incendebat,* feuerte fort und fort an.

4. *facundia,* die Fähigkeit, durch Worte *(fari)* einen Eindruck zu machen; *eloquentia,* die nach den Regeln der Wiſſenſchaft ausgebildete Beredſamkeit. — *decere,* daß es am Platze ſei. — *perscribere,* genau, ganz aufzeichnen.

31. 1. *dehortantur,* mahnt ab. — *a vobis,* d. i. für euch einzutreten, eure Sache zu verteidigen. — *ni superet,* wenn nicht ſtärker wäre. — *studium rei publicae* Eifer für lebhafte Teilnahme am Gemeinweſen. — *opes — est,* Erläuterung zu *multa.* — *factionis,* der Adelsmache. — *ius nullum,* die Rechtsloſigkeit, der rechtsloſe Zuſtand. — *innocentia,* Uneigennützigkeit.

2. *nam,* ſchließt erläuternd an *opes, patientia,* an. — *piget,* es iſt ein Verdruß. — *his,* in den letzten. — *quindecim* kann nur als allgemeine runde Zahl gelten. Denn da die vorliegende Rede nach dem Fall Cirtas (112) gehalten wurde, ſo ſtimmt die Zahl weder zu dem ältern Gracchus (ermordet 133), noch zu dem jüngern, deſſen Tod ins Jahr 121 fällt. — *ab ignavia,* von ſeiten, hebt den Ausgangspunkt der Verderbnis hervor. *ignavia,* vgl. 4. 4.

3. *obnoxiis,* in offenbare Schuld verſtrickt. — *quibus decet esse,* denen man ſein ſollte.

4. *haec,* dieſe Verhältniſſe. — *animus,* ähnlich wie oben *studium rei publicae.*

5. *experiri,* durch die That verſuchen. — *quae — tradita est,* hebt einen ſcharfen Gegenſatz zu der *po-*

frustra an ob rem faciam, in vostra manu situm est, Quirites.
6 *neque ego vos hortor, quod saepe maiores vostri fecere, uti contra iniurias armati eatis: nihil vi, nihil secessione opus*
7 *est. necesse est suomet ipsi more praecipites eant. occiso Ti. Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam quaestiones habitae sunt. post C. Gracchi et M. Fulvi caedem item vostri ordinis multi mortales in carcere necati sunt.*
8 *utriusque cladis non lex verum lubido eorum finem fecit. sed sane fuerit regni paratio plebi sua restituere. quidquid sine*
9 *sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit. superioribus annis taciti indignabamini aerarium expilari, reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere, penes eosdem et summam gloriam et maxumas divitias esse. tamen haec talia facinora impune suscepisse parum habuere; itaque postremo leges, maiestas vostra, divina et humana omnia hostibus tra-*

---

tentia factionis hervor. — *ob rem,* zum Nutzen der Sache.

6. *neque,* jedoch nicht. — *contra iniurias ire,* den ... entgegentreten, gegen die . . . auftreten. — *praecipites ire,* jählings abwärts gehen, d. i. durch ihre fortgesetzte Bedrängnis des Volkes. Im folgenden werden Beispiele von diesem Verfahren aufgezählt.

7. *regnum,* Königsherrschaft. Scipio Nasica und nach ihm die Optimaten behaupteten fälschlich *(aiebant)* ein solches Streben des Ti. Gracchus, um zur Gewaltthat gegen ihn aufzustacheln.—*quaestiones,* Untersuchungsgerichte wegen Vergehen gegen den Staat. — *Fulvius,* einer der entschiedensten Anhänger des C. Gracchus, fiel in dem Straßenkampf 121. — *eorum,* nämlich: welche die Mordscenen veranlaßt hatten. — *utriusque,* beide Morde. — *non lex,* kein Antrag wurde beim Volke gestellt, daß dem Blutvergießen ein Ende sein solle; dieses hörte erst auf, als die Optimaten keine Lust *(lubido)* mehr daran hatten.

8. *fuerit, factum sit,* eine Einräumung des Memmius, ohne daß dieser damit einverstanden war. Zugleich ist darin ein Vorwurf gegen die Schwäche des Volkes enthalten, das sich solche Thaten ruhig gefallen ließ. — *nequitur,* eine seltene Form, wie *coeptus sum* nur mit dem Infin. passiv. — *sine sanguine,* solche Thaten hätten nur mit Blut gerächt werden können. *ulcisci,* hier, wie manchmal die Deponentia, in altertümlichem Gebrauch passivisch.

9. *taciti,* auch hierin liegt ein stiller Vorwurf des Gehenlassens; denn die Folge davon war das *parum habere* (nicht zufrieden sein, nicht genug haben). — *aerarium expilari — esse.* Wie gegen die Plebs, so wurde gegen den ganzen Staat und seine Bundesgenossen verfahren. — *postremo,* am Ende, auf dem Höhepunkt der Machtausbeutung. — *tradita sunt,* mit Anspielung auf den Calpurnius und Scau-

dita sunt. neque eos, qui ea fecere, pudet aut paenitet, sed 10
incedunt per ora vostra magnifici, sacerdotia et consulatus,
pars triumphos suos ostentantes: proinde quasi ea honori non
praedae habeant. servi aere parati iniusta imperia dominorum 11
non perferunt, vos, Quirites, in imperio nati, aequo animo ser-
vitutem toleratis? at qui sunt ei, qui rem publicam occupavere? 12
homines sceleratissumi, cruentis manibus, immani avaritia, no-
centissumi et eidem superbissumi, quibus fides decus pietas,
postremo honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt. pars 13
eorum occidisse tribunos plebis, alii quaestiones iniustas, pleri-
que caedem in vos fecisse pro munimento habent. ita quam 14
quisque pessume fecit tam maxume tutus est. metum ab scelere
suo ad ignaviam vostram transtulere; quos omnis eadem cu-
pere eadem odisse eadem metuere in unum coegit. sed haec 15
inter bonos amicitia, inter malos factio est. quodsi tam vos 16
libertatis curam haberetis quam illi ad dominationem accensi
sunt, profecto neque res publica, sicuti nunc, vastaretur et bene-

---

rus; um Geld hat man Geſetz, Hoheit des Volkes, das in menſchlichen und göttlichen Satzungen heilig zu haltende Recht preisgegeben, wie ein Beſiegter die Waffen ausliefert; alſo: Rom iſt um Geld in die Gewalt des Fremden gegeben.

10. *incedunt*, ſtolzieren einher. — *per ora vostra*, unter euern Augen. — *proinde quasi — habeant*, als ob ſie dieſe Auszeichnungen als den Lohn ihrer Tüchtigkeit und nicht als das Ergebnis ihres Jagens nach Beute hätten, d. i. als ob ſie dieſe Auszeichnungen ſich zur Ehre, nicht als Raub anrechnen ſollten.

11. *Quirites*, ſcharfer Gegenſatz zu *servi*, ebenſo *in imperio nati* zu *aere parati*. — *in imperio*, im Recht der Herrſchaft.

12. *cruentis manibus*, vgl. § 7. — *nocentissumi*, die größten Miſſethäter. — *quaestui sunt*, ſie verkaufen um Geld und Gewinn, d. i. ſie geben um Geld preis. — *fides*, das Halten des gegebenen Wortes, der übernommenen Verpflichtung; *decus*, die Bewahrung deſſen, was ſich für den ſittlichen Menſchen ſchickt, Ehre in ſubjektivem Sinn, *pietas*, die Liebe zu allen durch natürliche Bande Verbundenen; *honesta atque inhonesta*, in allgemeinen Begriffen zuſammenfaſſend.

13. *pro munimento habent*, ſie haben in ihrer Gewalt- und Mordherrſchaft Deckung.

14. *quam — tam*, in dem Maße wie, ſo. — *ab scelere suo transtulere*, ihre Verbrechen mußten für ſie die Urſache der Furcht ſein; ſie ſehen aber, daß aus Feigheit die *plebs* ſich vor ihnen fürchtet.

15. *factio*, das Zuſammenhalten zum Böſen *(facere cum aliquo)* = Verſchwörung.

16. *beneficia*, die Ämter, die das Volk giebt.

17 *ficia vostra penes optumos non audacissumos forent. maiores
vostri parandi iuris et maiestatis constituendae gratia bis per
secessionem armati Aventinum occupavere: vos pro libertate,
quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atque eo
vehementius, quo maius dedecus est parta amittere quam omnino*
18 *non paravisse. dicet aliquis ‚quid igitur censes? vindicandum
in eos qui hosti prodidere rem publicam?‘ non manu neque
vi, quod magis vos fecisse quam illis accidisse indignum est,*
19 *verum quaestionibus et indicio ipsius Iugurthae. qui si dedi-
ticius est, profecto iussis vostris oboediens erit, sin ea con-
temnit, scilicet existumabitis qualis illa pax aut deditio sit,
ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentis
maxumae divitiae, ad rem publicam damna atque dedecora per-*
20 *venerint. nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum sa-
tietas tenet et illa quam haec tempora magis placent, cum regna
provinciae leges iura iudicia bella atque paces, postremo di-
vina humana omnia penes paucos erant, vos autem, hoc est
populus Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium gen-
tium satis habebatis animam retinere: nam servitutem quidem*
21 *quis vostrum recusare audebat? atque ego tamesti viro flagi-
tiosissumum existumo impune iniuriam accepisse, tamen vos
hominibus sceleratissumis ignoscere, quoniam cives sunt, aequo*
22 *animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset. nam
et illis, quantum importunitatis habent, parum est impune
male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur, et vobis*

---

17. *bis*, 494 und 449. Bei der erſten Auswanderung auf den mons sacer beſetzten die Plebejer auch den Aventinus. — *atque,* und dazu noch.

18. *quod,* Objekt zu *fecisse* und Subjekt zu *accidisse.* Vgl. 14. 16. — *et indicio.* In den gerichtlichen Unterſuchungen wird Iugurtha ſelbſt in die Lage kommen, gegen die Optimaten auszuſagen.

19. *qui* = *nam is.*

20. *nondum etiam,* auch jetzt noch nicht. — *eorum,* bezieht ſich auf *paucos potentis.* — *cum* — *audebat.* In der Lebendigkeit der Aufforderung, ſich der Gewalt der Optimaten zu widerſetzen, ſtellt Memmius die drückende Gegenwart als ſchon vergangen *(illa)* und die zu gewinnende Befreiung als ſchon gegenwärtig *(haec)* dar.

21. *viro flagitiosissumum.* Der Mann thut ſchimpflich an ſich, wenn er Unrecht ungeſtraft duldet. — *ni — casura esset,* wenn nicht ausfallen müßte. Vgl. 14. 3.

22. *quantum importunitatis habent,* bei dem großen Maß von Unverſchämtheit, die ſie haben. — *nisi — eripitur* ſchließt an *illis parum est*

aeterna sollicitudo remanebit, cum intellegetis aut serviundum
esse aut per manus libertatem retinendam. nam fidei quidem 23
aut concordiae quae spes est? dominari illi volunt, vos liberi
esse, facere illi iniurias, vos prohibere, postremo sociis nostris
veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. potestne in tam 24
divorsis mentibus pax aut amicitia esse? quare moneo hortor- 25
que vos ne tantum scelus impunitum omittatis. non peculatus
aerari factus est neque per vim sociis ereptae pecuniae, quae
quamquam gravia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo ha-
bentur. hosti acerrumo prodita senatus auctoritas, proditum
imperium vostrum est: domi militiaeque res publica venalis fuit.
quae nisi quaesita erunt, nisi vindicatum in noxios, quid erit 26
reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, oboedientes vivamus?
nam impune quae lubet facere, id est regem esse. neque ego 27
vos, Quirites, hortor ut malitis civis vostros perperam quam
recte fecisse, sed ne ignoscundo malis bonos perditum eatis.
ad hoc in re publica multo praestat benefici quam malefici imme- 28
morem esse. bonus tantummodo segnior fit, ubi neglegas, at
malus improbior. ad hoc si iniuriae non sint, haud saepe 29
auxili egeas.‘

---

an. — *deinde*, von da ab, nämlich wo ſie Unrecht gethan haben, = in der Folge. — *per manus*, vermittelſt Gewaltanwendung.

23. *nam* ſchließt an *per manus* an. — *fidei*, hier gegenſeitiges Vertrauen.

24. *in tam divorsis mentibus*, bei ſo auseinandergehenden Abſichten.

25. *quae*, Dinge, welche. — *consuetudine*, weil man daran gewöhnt iſt. — *domi militiaeque.* In Rom nahmen die Senatoren, an der Spitze des Heeres der Feldherr Geld von Iugurtha.

26. *quaerere*, in gerichtliche Unterſuchung nehmen (vgl. § 18). — *nam — esse* ſchließt erläuternd an *oboedientes* an. — *id est*, hervorhebend mit bitterm Gegenſatz zu dem Vorwurf der Optimaten gegen die Gracchen. Vgl. § 7. — *regem esse,* in ſchlimmem Sinn. Das Wort *rex* war bei den Römern verpönt.

27. *neque*, vgl. 20. 5. — *ut malitis — fecisse*, nämlich um der Luſt an der Strafe willen.

29. *si — non sint.* Angenommen, daß es kein Unrecht giebt, d. i. daß es durch kräftiges Einſchreiten zurückgedrängt wird, ſo möchte dann auch keine Hilfe nötig ſein. Der Konjunktiv des Präſens im Bedingungs- und Folgeſatz bezeichnet den angenommenen möglichen Fall. — *ad hoc*, dazu kommt, ſchließlich, endlich. Der Schlußſatz rechtfertigt kurz die Aufforderung, ſtreng gegen die Optimaten einzuſchreiten.

32 Haec atque alia huiuscemodi saepe dicundo Memmius populo
persuadet uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Iugurtham
mitteretur eumque interposita fide publica Romam duceret, quo
facilius indicio regis Scauri et reliquorum, quos pecuniae captae
2 accersebat, delicta patefierent. dum haec Romae geruntur, qui
in Numidia relicti a Bestia exercitui praeerant, secuti morem im-
3 peratoris sui pluruma et flagitiosissuma facinora fecere. fuere
qui auro corrupti elephantos Iugurthae traderent, alii perfugas
4 vendere, pars ex pacatis praedas agebant: tanta vis avaritiae in
5 animos eorum veluti tabes invaserat. at Cassius praetor perlata
rogatione a C. Memmio ac perculsa omni nobilitate ad Iugurtham
proficiscitur eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis
persuadet, quoniam se populo Romano dedisset, ne vim quam
misericordiam eius experiri mallet. privatim praeterea fidem
suam interponit, quam ille non minoris quam publicam ducebat:
33 talis ea tempestate fama de Cassio erat. igitur Iugurtha contra
decus regium cultu quam maxume miserabili cum Cassio Ro-
2 mam venit. ac tametsi in ipso magna vis animi erat, confirmatus
ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quae
supra diximus, C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat,

---

32.—35. Iugurtha wird nach Rom vorgeladen und tötet hier ſeinen Verwandten Maſſiva.

32. 1. *interposita fide publica,* unter Zuſicherung des öffentlichen Geleites. — *accersere*, belangen. — *capere,* wie *accipere pecuniam,* ſich beſtechen laſſen.

5. *perlata rogatione.* Der Vorſitzende in der Volksverſammlung fragte das Volk: *velitis iubeatis Quirites;* er brachte alſo eine *rogatio* an das Volk. Dieſes antwortete: *uti rogas,* und damit war die *rogatio* erledigt *(perlata),* d. h. zum Geſetz geworden. „Nachdem der Antrag durchgeſetzt und dadurch der ganze Adel in Schrecken verſetzt worden war.“ — *conscientia,* Schuldbewußtſein, böſes Gewiſſen. — *diffidere,* nicht recht trauen. — *quoniam se dedisset,* vgl. 29. 5. — *privatim,* für ſeine Perſon. — *fidem suam interponit*, er ſetzt ſein Wort ein.

33. 1. *contra decus regium,* als Angeſchuldigter, der nach dem Rate des Caſſius das Mitleid des römiſchen Volkes ſucht und deshalb alle königlichen Abzeichen abgelegt hat. „Im Gegenſatz zu dem einem Könige geziemenden Erſcheinen.“— *cultu quam maxime miserabili,* in möglichſt kläglicher Kleidung wie ein Angeklagter.

2. *magna vis animi,* nämlich um den gegen ihn vorgebrachten Anſchuldigungen entgegenzutreten. — *parat,* bringt ihn auf ſeine Seite. — *ab omnibus, quorum — gesserat.* Die mit den Verhältniſſen in Rom genau bekannten Optimaten trauten der-

cuius impudentia contra ius et iniurias omnis munitus foret. at 3
C. Memmius advocata contione, quamquam regi infesta plebes
erat et pars in vincula duci iubebat, pars, nisi socios sceleris sui
aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi, dignitati quam
irae magis consulens sedare motus et animos eorum mollire, po-
stremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. post, 4
ubi silentium coepit, producto Iugurtha verba facit, Romae Nu-
midiaeque facinora eius memorat, scelera in patrem fratresque
ostendit. quibus iuvantibus quibusque ministris ea egerit quam-
quam intellegat populus Romanus, tamen velle manifesta magis
ex illo habere. si verum aperiat, in fide et clementia populi
Romani magnam spem illi sitam; sin reticeat, non sociis saluti
fore sed se suasque spes corrupturum. deinde ubi Memmius di- **34**
cundi finem fecit et Iugurtha respondere iussus est, C. Baebius
tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem
tacere iubet, ac tametsi multitudo, quae in contione aderat, vehe-
menter accensa terrebat eum clamore voltu, saepe impetu atque
aliis omnibus quae ira fieri amat, vicit tamen impudentia. ita 2
populus ludibrio habitus ex contione discedit; Iugurthae Bestiae-
que et ceteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt.

Erat ea tempestate Romae Numida quidam nomine Massiva, **35**
Gulussae filius Masinissae nepos, qui, quia in dissensione regum
Iugurthae advorsus fuerat, dedita Cirta et Adherbale interfecto
profugus ex patria abierat. huic Sp. Albinus, qui proxumo anno 2
post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet,
quoniam ex stirpe Masinissae sit Iugurthamque ob scelera invidia
cum metu urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat. avidus 3

---

offenbar zu Tage tretenden Gegenſtrömung nicht recht und ſuchten daher den Iugurtha zu beſtimmen, daß er trotz ſeiner *magna vis animi* auch noch den Volkstribunen Bäbius für ſich gewinne.

3. *infesta*, erbittert. — *per sese*, ſo viel in ſeiner Macht liege.

4. *producto*, wie man den Angeklagten vor das Gericht vorführt. — *manifesta magis ex illo*, vgl. 31. 18. — *sed*, ſondern nur.

34. 1. *impetu*, durch Eindringen auf ſeine Perſon. — *ira amat*, = *irae placet*, davon abhängig *quae fieri*.

2. *ludibrio habitus*, nachdem man ſein Spiel mit ihm getrieben.

35. 1. *in dissensione regum*, vgl. 12. 1.

2. *proxumo anno*, i. J. 110. — *invidia cum metu*, Haß und Furcht zugleich. Die Römer, ſagt Albinus, haſſen nicht nur Iugurtha, ſondern ſie fürchten ihn auch; deshalb werden

consul belli gerundi movere quam senescere omnia malebat. ipsi
4 provincia Numidia Minucio Macedonia evenerat. quae postquam Massiva agitare coepit neque Iugurthae in amicis satis praesidi est, quod eorum alium conscientia alium mala fama et timor impediebat, Bomilcari proxumo ac maxume fido sibi imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret, ac maxume occulte, sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.
5 Bomilcar mature regis mandata exsequitur et per homines talis negoti artifices itinera egressusque eius, postremo loca atque tem-
6 pora cuncta explorat. deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paulo inconsultius Massivam aggreditur: illum obtruncat, sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino consule, indicium
7 profitetur. fit reus magis ex aequo bonoque quam ex iure gentium
8 Bomilcar, comes eius qui Romam fide publica venerat. at Iugurtha manifestus tanti sceleris non prius omisit contra verum niti, quam animum advortit supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti
9 esse. igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat, regno magis quam vadibus consulens clam in Nu-

---

ſie ihn gern von der Herrſchaft entfernen.

3. *omnia*, Objekt zu *movere* und Subjekt zu *senescere*. Vgl. 31. 18.

4. *proxumo*, ſeinem nächſten Vertrauten. — *sin*, ſetzt *si* voraus. Die erſte Bedingung iſt in *maxume occulte* enthalten, = *maxume occulte, si possit.*

5. *mature exsequitur*, beeilt ſich auszuführen. — *artifices*, Meiſter. — *itinera*, Wege = wo er geht *(ire)*. — *loca atque tempora*, wo und wann er zu finden iſt. — *deinde*, nachdem alles ausgeſpäht war. — *ubi res postulabat*, wo und wann es angezeigt ſchien.

6. *ex eo numero* = *ex numero eorum*. — *indicium profitetur*, macht auf eindringliches Zureden offene Angabe, legt ein Geſtändnis ab.

7. *ex aequo bonoque* = wie es recht und gut war. — *comes eius qui — venerat*, als Mitglied der Begleitung deſſen, der unter dem Schutz des öffentlichen Geleites nach Rom gekommen war.

8. *manifestus*, obſchon überführt. — *contra verum niti*, ſich gegen die Wahrheit ſtemmen, d. i. ſich dagegen ſtemmen, daß die Wahrheit, der wahre Sachverhalt zur Geltung komme.

9. *in priore actione*, in der erſten gerichtlichen Verhandlung über die Ermordung des Maſſiva. Bei ſchwierigeren Fällen wurden mehrere Tagfahrten (Verhandlungen) notwendig. *quinquaginta vades*, d. i. die Bürgſchaft, daß er in der nächſt anberaumten Gerichtsverhandlung erſcheinen werde. — *regno magis quam vadibus consulens*, er gab alſo die

midiam Bomilcarem dimittit, veritus ne reliquos popularis metus
invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumptum foret. et
ipse paucis diebus eodem profectus est, iussus a senatu Italia
decedere. sed postquam Roma egressus est, fertur saepe eo ta-
citus respiciens postremo dixisse: *urbem venalem et mature peri-
turam, si emptorem invenerit.*

Interim Albinus renovato bello commeatum stipendium alia- 36
que, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare;
ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud
longe aberat, armis aut deditione aut quovis modo bellum con-
ficeret. at contra Iugurtha trahere omnia et alias deinde alias 2
morae causas facere, polliceri deditionem ac deinde metum simu-
lare, cedere instanti et paulo post, ne sui diffiderent, instare:
ita belli modo modo pacis mora consulem ludificare. ac fuere 3
qui tum Albinum haud ignarum consili regis existumarent, neque
ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis
quam dolo crederent. sed postquam dilapso tempore comitio- 4
rum dies adventabat, Albinus Aulo fratre in castris pro prae-
tore relicto Romam decessit.

Ea tempestate seditionibus tribuniciis atrociter res publica 37
agitabatur. P. Lucullus et L. Annius tribuni plebis resistentibus 2

Bürgen auf, die für die Strafe der Verſäumnis der Tagfahrt haftbar waren. — *veritus ne* — *invaderet,* erläuternd zu *regno magis consulens.* — *metus parendi.* Wenn Bomilkar geopfert wurde, ſo war zu erwarten, daß ſich die Numider ſcheuen würden, einem König länger zu gehorchen, deſſen Getreueſte dem Untergang preisgegeben würden.

36. Der Feldzug des Albinus.

36. 1. *ante comitia.* Die Wahlkomitien fanden in der zweiten Hälfte des Jahres, der Amtsantritt ſeit 153 am 1. Januar, früher am 1. März ſtatt. — *quovis modo,* auf jede andere Weiſe.

2. *metum,* vor dem römiſchen Feldherrn, daher *cedere instanti.* — *belli mora,* Verſchleppung des Krieges durch Ausweichen, *pacis mora,* Verſchleppung des Friedens durch nicht ernſt gemeinte Verhandlungen.

3. *tum,* zu *haud ignarum,* jetzt, im Gegenſatz zum Anfang des Feldzugs, wird durch den folgenden Satz *neque — crederent* erläutert. — *ex tanta properantia,* unmittelbar nach. . . — *dolo,* in betrügeriſcher Abſicht.

4. *postquam adventabat,* vgl. 13. 5. — *pro praetore,* in der Eigenſchaft als Höchſtkommandierender.

37. 38. Die Niederlage des Aulus.

37. 1. *seditionibus tribuniciis,* durch Unruhen, Spaltungen ſeitens der Tribunen.

collegis continuare magistratum nitebantur, quae dissensio totius
3 anni comitia impediebat. ea mora in spem adductus Aulus, quem
pro praetore in castris relictum supra diximus, aut conficiundi
belli aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites
mense Ianuario ex hibernis in expeditionem evocat magnisque
itineribus hieme aspera pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis
4 thesauri erant. quod quamquam et saevitia temporis et oppor-
tunitate loci neque capi neque obsideri poterat — nam circum
murum situm in praerupti montis extremo planities limosa hiema-
libus aquis paludem fecerat — tamen aut simulandi gratia, quo
regi formidinem adderet, aut cupidine caecus ob thesauros oppidi
potiundi, vineas agere, aggerem iacere, aliaque quae incepto usui
38 forent properare. at Iugurtha cognita vanitate atque imperitia
legati subdole eius augere amentiam, missitare supplicantis lega-
tos, ipse quasi vitabundus per saltuosa loca et tramites exercitum
2 ductare. denique Aulum spe pactionis perpulit, uti relicto Suthule
in abditas regiones sese veluti cedentem insequeretur: ita delicta

---

2. *continuare magistratum*, ein zweites Jahr das Amt behalten, das jedesmal nur auf ein Jahr übertrageu wurde. — *impediebat*, nämlich durch die intercessio eines Teils der Tribunen.

3. *ea mora.* Durch den Verzug der Wahlkomitien war Albinus gehindert, in die Provinz zurückzukehren. Aulus führte daher den Oberbefehl weiter. — *terrore exercitus*, durch den ſeitens des vorrückenden Heeres dem Iugurtha eingejagten Schrecken. — *in expeditionem*, zu einem neuen Feldzug.

4. *in montis extremo*, vgl. 21. 2: am äußerſten Rande eines ſteilen Bergabhangs. — *hiemalibus aquis*, durch das ſtehende Waſſer zur Winterszeit. — *quo*, um dadurch, d. i. durch den Angriff.

38. 1. *vanitas*, die jeder beſonnenen Berechnung entbehrende Oberflächlichkeit, das planloſe, die Schwierigkeiten verkennende Vorgehen. — *vitabundus*, wie *furibundus, praedabundus, moribundus*, ein Partizip mit aktiver Bedeutung eines Präſens oder einer ſofort auszuführenden Abſicht. — *saltuosa loca*, Waldſchluchten.

2. *spe pactionis.* Aulus ließ ſich durch den verſtellten Rückzug des Iugurtha zu der Meinung verleiten, daß dieſer notgedrungen ſich zu einem Übereinkommen herbeilaſſen werde, und wurde dadurch beſtimmt, ihm zu folgen. — *ita.* Dadurch, daß Iugurtha ſich ſtellte, als ob er immer weiter weiche, Aulus ihm immer weiter folgte, ſollte der Schein erregt werden, als ob Aulus' ſchmachvolle Niederlage, wie ſie von Iugurtha vorbereitet wurde, durch die Gewalt der äußern Verhältniſſe erfolgt ſei, nicht durch die *delicta* des Iugurtha. Iugurtha hatte natürlich ein Intereſſe daran, daß man in Rom ſo meine. *ita* —

occultiora fore. interea per homines callidos diu noctuque exer- 3
citum temptabat, centuriones ducesque turmarum partim uti trans-
fugerent corrumpere, alii signo dato locum uti desererent. quae 4
postquam ex sententia instruit, intempesta nocte de improviso
multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. milites Romani 5
perculsi tumultu insolito arma capere alii, alii se abdere, pars
territos confirmare, trepidare omnibus locis. vis magna hostium,
caelum nocte atque nubibus obscuratum, periculum anceps, postremo
fugere an manere tutius foret in incerto erat. sed ex eo numero, 6
quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum cum
duabus turmis Thracum et paucis gregariis militibus transiere
ad regem, et centurio primi pili tertiae legionis per munitionem,
quam uti defenderet acceperat, locos hostibus introeundi dedit,
eaque Numidae cuncti irrupere. nostri foeda fuga, plerique ab- 7
iectis armis, proxumum collem occupaverunt. nox atque praeda 8
castrorum hostis, quo minus victoria uterentur, remorata sunt.
deinde Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit. 9
tametsi ipsum cum exercitu fame et ferro clausum tenet, tamen
se memorem humanarum rerum, si secum foedus faceret, inco-

---

fore iſt abhängig von einem zu *perpulit* zu ergänzenden *ratus.*

3. *interea*, während des Scheinrückzugs. — *temptabat*, machte ſeine Beſtechungsverſuche. — *diu*, neben *noctu* = *die.* — *alii* entſpricht dem *partim.* Ein Teil ſollte während des Vormarſches „überlaufen“, andere ſollten, wenn es zum Treffen komme *(signo dato)*, mitten aus dem Treffen ausreißen.

4. *ex sententia*, ganz ſeiner Abſicht entſprechend. *quae postquam instruit*, nachdem er dieſe Anordnungen getroffen ſieht.

5. *tumultu insolito*, durch die ungewohnte Alarmierung. — *trepidare omnibus locis*, allerorts war Verwirrung. Subjekt zu *trepidare* iſt nicht *pars*, ſondern: ſie, man. — *periculum anceps*, mitbezug auf *castra circumvenit.* Drei Punkte werden hervorgehoben: die Menge der Feinde, die Nacht, die Einſchließung. Dieſe drei Punkte laſſen es ſchließlich *(postremo)* zweifelhaft erſcheinen, ob man fliehen oder bleiben ſolle.

6. *ex eo numero*, vgl. 35. 6. — *pauci gregarii*, einige wenige gemeine Soldaten, wie *militibus* zeigt, aus den römiſchen, nicht bundesgenöſſiſchen Reihen. — *centurio primi pili (manipuli)*, auch *primipilus* oder *primus pilus*, der erſte Hauptmann der Legion. — *eaque*, nämlich *parte.*

9. *in colloquio verba facit*, hat eine Unterredung. — *tametsi tenet.* Der Vorderſatz im Indikativ iſt als erläuternde Einleitung des erzählenden Schriftſtellers aufzufaſſen. — *rerum humanarum*, vgl. 14. 23. Iugurtha ſtellt ſich als einen ſich mäßigenden,

lumis omnis sub iugum missurum; praeterea uti diebus decem
10 Numidia decederet. quae quamquam gravia et flagiti plena erant, tamen, quia mortis metu mutabantur, sicuti regi lubuerat pax convenit.

39 Sed ubi ea Romae comperta sunt, metus atque maeror civitatem invasere. pars dolere pro gloria imperi, pars insolita rerum bellicarum timere libertati, Aulo omnes infesti ac maxume qui bello saepe praeclari fuerant, quod armatus dedecore potius, quam
2 manu salutem quaesiverat. ob ea consul Albinus ex delicto fratris invidiam ac deinde periculum timens senatum de foedere consulebat et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia accersere, denique omnibus modis
3 festinare. senatus ita uti par fuerat decernit suo atque populi in-
4 iussu nullum potuisse foedus fieri. consul impeditus a tribunis plebis, ne quas paraverat copias secum portaret, paucis diebus

---

wohlwollenden Sieger. — *uti decederet,* von *verba facit* abhängig.

10. *quae,* dieſe Bedingungen. — *flagiti plena,* voll Schimpf. *flagitium,* eine ſchimpfliche That. — *mortis metu mutabantur,* ſie wurden. um die Furcht vor dem Tode eingetauſcht, man gab dafür hin die Furcht vor dem Tode.

39. 40. Stimmung und Maſsnahmen in Rom.

39. 1. *dolere pro gloria,* war von Schmerz ergriffen für, d. i. in Beſorgnis für den gefährdeten Ruhm. — *insolita rerum bellicarum,* ungewohnt, und daher unbekannt mit den Wechſelfällen des Krieges fürchtete man ſofort das Schlimmſte. — *dedecore potius quam manu,* vielmehr durch eine Schande, als durch ſeine Fauſt, während er im Beſitz der Waffen war.

2. *consul Albinus senatum consulebat.* Nach 37. 2. wurde die Neuwahl der Beamten, derentwegen Albinus nach Rom gekommen war, während des ganzen Amtsjahres des Albinus vereitelt. Dieſer war daher noch im Amt als Konſul verblieben, als welcher er vor dem Senat Bericht zu erſtatten und deſſen Anſicht einzuholen hatte und alle Amtshandlungen des Konſuls vollzog *(supplementum scribere* etc.). — *de foedere,* über den von Aulus abgeſchloſſenen Vertrag. — *et tamen,* obgleich die Sache für ihn ſchlimm ſtand und er genötigt war, beim Senat vorzubauen, that er doch, wie wenn er unangefochten Konſul wäre. — *a nomine Latino.* Mit *nomen Latinum* wurden die Bundesgenoſſen zunächſt in Latium, dann in Italien bezeichnet, welche vor den andern Bundesgenoſſen Vorrechte hatten.

3. *uti fuerat,* wie es zu allen Zeiten Rechtens geweſen war.

4. *impeditus — proficiscitur.* Der Widerſpruch der Tribunen hinderte ihn nicht nach Afrika abzureiſen, wo das frühere Heer aus Numidien in

in Africam proficiscitur; nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat. postquam eo venit, quamquam persequi Iugurtham et mederi fraternae invidiae animo ardebat, cognitis militibus, quos praeter fugam soluto imperio licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit sibi
nihil agitandum. interim Romae C. Mamilius Limetanus tribunus 40
plebis rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos, quorum consilio Iugurtha senati decreta neglegisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos quique perfugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum
hostibus pactiones fecissent. huic rogationi partim conscii sibi 2
alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos ac maxume per homines nominis Latini
et socios Italicos impedimenta parabant. sed plebes incredibile 3
memoratu est quam intenta fuerit quantaque vi rogationem iusserit, [decreverit voluerit] magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura rei publicae: tanta lubido in partibus erat.
igitur ceteris metu perculsis M. Scaurus, quem legatum Bestiae 4

---

die römiſche Provinz zurückgezogen war. — *uti convenerat,* zwiſchen Iugurtha und Aulus.

5. *mederi,* auslöſchen. — *animo ardebat,* ſein Herz brannte. — *praeter fugam,* außer der ſchimpflichen Flucht auch noch. — *soluto imperio,* infolge der Lockerung des Oberbefehls. — *ex copia rerum,* nach Lage der Dinge.

40. 1. *interim,* im Jahr 109, nachdem Albinus nach Ablauf ſeines Amtsjahres, da noch keine neuen Konſuln für dieſes Jahr gewählt waren, wieder nach Afrika zur Übernahme des Oberbefehls abgereiſt war. — *promulgare,* bekannt machen durch öffentlichen Anſchlag. Dies mußte dem Einbringen des Antrags *(rogatio)* in der Volksverſammlung vorausgehen. — *aut bello,* oder aber, oder gar über den Krieg, d. i. über die Art der Kriegführung. Vgl. 36. 3.

2. *partim,* wie *alii.* — *partium,* der Gegenpartei der plebs. — *quin,* ohne daß. — *illa,* was alles an Vergehen im vorhergehenden Satz aufgeführt iſt. — *per homines nominis Latini et socios Italicos.* Arbeitsſcheue und genußſüchtige Leute kamen in Menge in Rom zuſammen, um ſich um Geld zu allem dienſtbar zu zeigen; ob hier Störung der Komitien oder unrechtmäßiges Mitſtimmen gemeint ſei, iſt gleichgiltig. — *parabant,* ſuchten zu bereiten.

3. *iusserit.* Vgl. 32. 5. — *vi,* Heftigkeit. — *mala illa,* die aus der Unterſuchung drohenden Mißlichkeiten und Schäden der Verurteilung. — *parabantur,* wie vorher *parabant.* — *lubido,* Leidenſchaftlichkeit.

4. *igitur,* ſo nun, unter dieſen be-

fuisse supra docuimus, inter laetitiam plebis et suorum fugam, trepida etiam tum civitate cum ex Mamilia rogatione tres quaesi-
5 tores rogarentur, effecerat uti ipse in eo numero crearetur. sed quaestio exercita aspere violenterque ex rumore et lubidine plebis. ut saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

41 Ceterum mos partium et factionum ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romae ortus est otio atque abun-
2 dantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. nam ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant, neque gloriae neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem
3 retinebat. sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea
4 quae res secundae amant, lascivia atque superbia incessere. ita quod in advorsis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt,
5 asperius acerbiusque fuit. namque coepere nobilitas dignitatem

drohlichen Umſtänden. — *ceteris*, nämlich *nobilibus*. — *inter — fugam*. Die über ihren Erfolg jubelnde Menge ſchreckte ihn eben ſo wenig, als die Angſt ſeiner Parteigenoſſen. *fuga* hier bildlich, das ängſtliche Zurückweichen. — *trepida etiam tum civitate*. Die jetzt noch herrſchende Beunruhigung der Bürgerſchaft wußte er zu ſeinem Vorteil auszunützen.

5. *aspere violenterque*, hart und gewaltthätig. — *ex rumore et lubidine*, nach dem Gerede und der Leidenſchaft (dem Belieben). — *ex secundis rebus*, infolge der für die plebs günſtigen Lage, ihrer Erfolge.

41. 42. Rückblick auf die Entſtehung der damaligen römiſchen Parteiverhältniſſe.

41. 1. *mos*, Sitte hier in ſchlimmem Sinn. — *partium*, der Parteiungen in der plebs, *factionum*, des Zuſammenhaltens des Adels (vgl. 31. 15.) — *pauci*, ein relativer Begriff. Salluſt ſpricht hier nur von der Entartung des Parteilebens. Parteien gab es von Anfang der Republik an. — *quae*, rückbezüglich auf *rerum*, aber durch Attraktion nach *prima* gerichtet. *prima*, für das allervornehmſte. Die Konſtruktion giebt einen andern Sinn, als *quas primas ducunt*.

2. *placide (placeo)*, entgegenkommend. *modeste*, mit Mäßigung. — *rem publicam*, die Angelegenheiten des Staates. — *inter se*, zu *placide modesteque*. — *gloriae certamen*, Kampf um den Ruhm, d. i. hier: keiner beneidete den andern um den Ruhm, während jeder gleichen Ruhm vor dem Feinde ſuchte. — *hostilis*, hier = *hostium*.

3. *quae — amant*, was gern d. i. leicht glückliche Verhältniſſe mit ſich bringen.

4. *asperius*, ſchwieriger, *acerbius*, bitterer, empfindlicher, nämlich als das Unglück ſelbſt.

5. *dignitatem*, das Gefühl ſeiner würdevollen Stellung, *libertatem*, das

populus libertatem in lubidinem vortere, sibi quisque ducere tra-
here rapere. ita omnia in duas partis abstracta sunt, res pub-
lica, quae media fuerat, dilacerata. ceterum nobilitas factione magis 6
pollebat, plebis vis soluta atque dispersa in multitudine minus
poterat. paucorum arbitrio belli domique agitabatur, penes eos- 7
dem aerarium provinciae magistratus gloriae triumphique erant:
populus militia atque inopia urgebatur, praedas bellicas impe-
ratores cum paucis diripiebant. interea parentes aut parvi liberi 8
militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pelleban-
tur. ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, 9
polluere et vastare omnia, nihil pensi neque sancti habere, quoad
semet ipsa praecipitavit. nam ubi primum ex nobilitate reperti 10
sunt qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent, moveri
civitas et dissensio civilis quasi permixtio terrae oriri coepit. nam 42
postquam Ti. et C. Gracchus, quorum maiores Punico atque aliis
bellis multum rei publicae addiderant, vindicare plebem in liber-

---

Gefühl ſeiner Freiheit, Gleichberechtigung. — *in lubidinem vortere*, in Leidenſchaft wenden, d. i. leidenſchaftlich, willkürlich zur Geltung bringen. — *ducere, trahere, rapere*, eine Steigerung mit Beziehung auf die wechſelnde *lubido*. — *in duas partes*, Adel und Volkspartei. — *dilacerata*, wurde zerfleiſcht, mußte bluten.

6. *factione*, durch das feſte Zuſammenhalten. (Vgl. § 1.) Gegenſatz dazu iſt die *vis soluta atque dispersa*, die wenn auch wuchtige, doch des feſten Zuſammenhalts entbehrende *(soluta)* und in einer großen Vielheit *(in multitudine)* zerſtreute Kraft der Volksmaſſe.

7. *belli domique agitabatur*, ging es in Krieg und Frieden; nach ihrer Willkür geſchah alles in Krieg und Frieden. — *gloriae*, der Übereinſtimmung wegen im Plural zwiſchen *provinciae* — *triumphique*. — *militia*, durch die Laſt des Soldatendienſtes. — *diripiebant*, riſſen weg, an ſich.

8. *interea*, während die kräftigen Männer im Felde ſtanden. — *confinis*, Grenznachbar, Anſtößer. Hier wird die Gier der vornehmen Römer, ihr Beſitztum an Ländereien immer weiter hinaus abzurunden *(latifundia)* hervorgehoben.

9. *sine modo modestiaque*. Das durch eine äußere Grenze beſtimmte Maß iſt *modus*, die Eigenſchaft dieſe Grenze einzuhalten *modestia*. „Ohne Maß und Ziel". — *nihil pensi*, nichts Abgewogenes, keine Rückſicht. — *ipsa*, die Habſucht des Adels ſelbſt führte deſſen Sturz herbei.

10. *reperti sunt*, mit Beziehung auf die Gracchen. — *quasi permixtio terrae*, wie eine Umwälzung der Erde, wie wenn die Erde aus den Fugen ginge.

42. 1. *Ti. et C. Gracchus*, gewöhnlicher *Gracchi*. — *quorum maiores*, wie der Großvater der Mutter der Gracchen, P. Corn. Scipio Africanus maior, und der Vater der Gracchen

tatem et paucorum scelera patefacere coepere, nobilitas noxia atque eo perculsa modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat, et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Gaium tribunum alterum alterum triumvirum coloniis deducundis, cum M. Fulvio Flacco
2 ferro necaverat. et sane Gracchis cupidine victoriae haud satis
3 moderatus animus fuit. sed bono vinci satius est quam malo more
4 iniuriam vincere. igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa multos mortalis ferro aut fuga exstinxit plusque in reliquum sibi timoris quam potentiae addidit. quae res plerumque magnas civitatis pessum dedit, dum alteri alteros vincere quovis modo
5 et victos acerbius ulcisci volunt. sed de studiis partium et omnis civitatis moribus si singillatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deserat. quam ob rem ad inceptum redeo.

Ti. Sempronius Gracchus, der die Celtiberer und Sardinier beſiegt hatte. — *noxia,* wer einen Schaden durch ein Vergehen *(noxa)* verſchuldet hat, iſt ſich ſchuldbewußt. — *per socios ac nomen Latinum.* Die Optimaten ſuchten wohl dieſen die Meinung beizubringen, daß durch die Gracchiſchen Ackergeſetze auch ihr Beſitz gefährdet werde, ſo daß dieſe als Gegner der Gracchen auftreten ſollten. — *spes societatis.* Durch eine Verbindung mit der optimatiſchen Partei hofften die Ritter Gewinn für ſich, d. i. für ihre weit ausgedehnten Geldgeſchäfte. — *eadem ingredientem,* der auf demſelben Wege voranging. — *triumvirum,* als er Triumvir war. Nach dem Vorſchlag des C. Gracchus waren drei Männer ernannt worden, um mit den ärmern Bürgern Kolonieen zu gründen.

3. *bono,* für den guten Bürger, mit Anſpielung auf die Bezeichnung „Optimaten“. — *malo more,* durch ſchlechte Art zu handeln, d. i. durch ſchlechte Handlungsweiſe. Der Sinn iſt: die Gracchen haben in ihren Beſtrebungen nicht genug Mäßigung gehabt. Aber die Optimaten hätten nicht durch ſchlechte Handlungsweiſe das Unrecht abwenden ſollen.

4. *igitur,* ſo denn, ſchließt an *malo more vincere* an. — *fuga,* Verbannung. — *plus sibi timoris quam potentiae addidit,* bewirkte, daß er mehr gefürchtet wurde, als an Macht gewann. — *quae res,* ein ſolcher Zuſtand, weiſt auf die unmäßige, in Schreckensherrſchaft ausartende Parteiherrſchaft zurück und wird noch erläutert durch *dum — volunt.* — *alteri alteros,* mitbezug auf die beiden einander gegenüberſtehenden Parteien.

5. *omnis civitatis,* des Staates als Ganzes, im Gegenſatz zu *partium.*

Post Auli foedus exercitusque nostri foedam fugam Metellus 43
et Silanus consules designati provincias inter se partiverant Metello-
que Numidia evenerat, acri viro et quamquam adverso populi par-
tium, fama tamen aequabili et inviolata. is ubi primum magistra- 2
tum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus ad bellum
quod gesturus erat animum intendit. igitur diffidens veteri exer- 3
citui milites scribere, praesidia undique arcessere, arma tela equos
et cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affa-
tim, denique omnia quae in bello vario et multarum rerum egenti
usui esse solent. ceterum ad ea patranda senatus auctoritate, socii 4
nomenque Latinum et reges ultro auxilia mittundo, postremo
omnis civitas summo studio adnitebatur. itaque ex sententia 5
omnibus rebus paratis compositisque in Numidiam proficiscitur,
magna spe civium, cum propter artis bonas tum maxume quod
advorsum divitias invictum animum gerebat et avaritia magistra-
tuum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae hostium-
que auctae erant.

Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Sp. Albino 44
proconsule iners imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua
quam manu promptior, praedator ex sociis et ipse praeda hostium,
sine imperio et modestia habitus. ita imperatori novo plus ex 2

43.—45. Metellus' Rüstung zu einem neuen Feldzug. Wiederherstellung der Disciplin im Heere.

43. 1. *designati*, nach Albinus und Minucius Rufus. Vgl. 35. 2. — *inter se partiverant*, vgl. 27. 3. — *acri*. vgl. 20. 2. — *aequabili*, gleichmäßig, unverändert, wird näher bestimmt durch *inviolata*.

2. *alia omnia*, alle andern Angelegenheiten des Amtes; *cum collega* = gemeinschaftlich mit dem Amtsgenossen. Er konnte also die übrigen Angelegenheiten diesem überlassen und sich ganz der Sorge für den ihm zufallenden Krieg hingeben.

3. *praesidia accersere*, die Besatzungen aus den Garnisonen beiziehen, Verstärkungen aus den Garnisonen an sich ziehen. — *affatim* zur Genüge. — *vario*, wechselvoll.

4. *senatus auctoritate*, der Senat durch das Gewicht seiner Gutheißung. — *ad ea adnitebatur*, strengte sich dazu an, unterstützte eifrig.

5. *ex sententia*, ganz nach seinem Sinn oder Wunsch. — *advorsum divitias invictum*, gegenüber dem Reichtum unbesieglich.

44. 1. *pro consule*. Vgl. 37. 2. 39. 2. Nachdem der (für das Jahr 109) designierte Konsul Metellus den Oberbefehl übernommen hatte, konnte Albinus bis zu dessen Eintreffen nur *pro consule* den Oberbefehl führen. — *habitus*, gehalten von dem Oberbefehlshaber, *sine imperio*, es machte sich kein Oberbefehl geltend, = ohne

malis moribus sollicitudinis quam ex copia militum auxili aut
3 spei bonae accedebat. statuit tamen Metellus, quamquam et aesti-
vorum tempus comitiorum mora imminuerat et exspectatione even-
tus civium animos intentos putabat, non prius bellum attingere
4 quam maiorum disciplina milites laborare coegisset. nam Albinus
Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat
non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit,
plerumque milites stativis castris habebat, nisi cum odor aut
5 pabuli egestas locum mutare subegerat: sed neque muniebantur
neque more militari vigiliae deducebantur. uti cuique lubebat,
ab signis aberat. lixae permixti cum militibus diu noctuque va-
gabantur et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris
et mancipiorum praedas certantes agere eaque mutare cum mer-
catoribus vino advecticio et aliis talibus, praeterea frumentum
publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo quae-
cumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra, in illo
45 exercitu cuncta fuere et alia amplius. sed in ea difficultate
Metellum non minus quam in rebus hostilibus magnum et sapien-
tem virum fuisse comperior: tanta temperantia inter ambitionem

---

Disciplin; *sine modestia,* es wurde ihnen keine Mäßigung auferlegt.

2. *spei bonae,* pleonastisch: es ließ sich nichts Gutes hoffen. — *accedebat,* trat heran.

3. *aestivorum,* des Sommerfeldzugs. — *eventus*, eines Erfolgs. Weder durch die Zeit noch durch die Erwartung der Römer ließ er sich zu vorschneller Unternehmung drängen.

4. *cum — subegerat* nur dann, wenn gezwungen hatte. — *postquam decreverat,* vgl. 11. 2.

5. *muniebantur,* nämlich *castra, vallo fossaque,* wie es römische Übung war. — *deducebantur,* wurden auf die Posten geführt. — *uti cuique lubebat,* ohne Urlaub, ein Zeichen vollständig aufgelöster Manneszucht. — *ab signis aberat,* war auswärts. — *diu,* vgl. 38. 3. — *certantes,* ähnlich „um die Wette", einer thut's dem andern zuvor. — *eaque,* das Erbeutete. — *frumentum publice datum.* Wie jetzt der Soldat in bestimmten Terminen das Brot, so faßte der römische Soldat seine Ration an Getreide gewöhnlich für einen Monat. — *in dies,* Tag für Tag. — *ignaviae,* vgl. 4. 4. — *probra,* Schimpfliches. — *et alia amplius,* und noch viel anderes.

45. 1. *in rebus hostilibus,* vor dem Feind. — *comperior,* Deponens wie *experior.* — *temperantia*, Selbstbeherrschung. — *ambitio,* das Streben, sich bei den Soldaten durch zweckwidrige Nachgiebigkeit beliebt zu machen; *saevitia,* maßlose Strenge in der Disciplin; *moderari,* die Zügel führen, das richtige Maß halten.

saevitiamque moderatum. namque edicto primum adiumenta igna- 2
viae sustulisse, ne quisquam in castris panem aut alium coctum
cibum venderet, ne lixae exercitum sequerentur, ne miles gre-
garius in castris neve in agmine servum aut iumentum habe-
ret; ceteris arte modum statuisse. praeterea transvorsis itine-
ribus cotidie castra movere, iuxta ac si hostes adessent vallo
atque fossa munire, vigilias crebras ponere et eas ipse cum
legatis circumire, item in agmine in primis modo modo in po-
stremis saepe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur,
ut cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma porta-
ret. ita prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum 3
brevi confirmavit.

Interea Iugurtha ubi quae Metellus agebat ex nuntiis acce- 46
pit, simul de innocentia eius certior Romae factus, diffidere suis
rebus ac tum demum veram deditionem facere conatus est.
igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo 2
ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Ro-
mano. sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus 3
Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse.
itaque legatos alium ab alio divorsos aggreditur ac, paulatim 4

---

2. *edicto,* durch einen Tagesbefehl. — *primum,* vor allem. — *ceteris,* den Offizieren, im Gegenſatz zu *miles gregarius.* — *arte modum statuisse,* er habe das Ziel enge geſetzt, nämlich bis zu welchem ſie ſich Luxus erlauben durften. — *praeterea,* entſpricht dem *primum.* Zuerſt ſchaffte er alles ab, was zur Verweichlichung beitrug; dann ordnete er alles an, was zur Stärkung beitrug. *transvorsis itineribus,* auf Märſchen in kreuz und quer. — *iuxta ac si,* = *quasi.* — *crebras,* an vielen Punkten. — *cum legatis,* mit ſeinen Generälen. Auch dieſe mußten an pünktliche Dienſtführung gewöhnt werden. — *circumire,* die Runde machen. — *cum signis frequentes,* geſchloſſen bei den Zeichen. — *cibum et arma.* Jeder Soldat ſoll, was er für ſeine Perſon braucht, ſelbſt mit ſich tragen. — *vindicando,* durch Strafen. — *confirmavit,* er kräftigte.

46. 47. Iugurthas wiederholte Friedensanerbietungen.

46. 1. *innocentia,* Uneigennützigkeit, Unbeſtechlichkeit. — *Romae,* ſchon zu Rom hatte er davon gehört. — *diffidere,* Infin. histor., er fing an das Vertrauen zu verlieren. — *ac conatus est,* und ſtrengte ſich deshalb ernſtlich an.

2. *cum suppliciis,* mit Bitten.

3. *Metello cognitum erat,* dem Metellus war zur Genüge bekannt geworden, *iam antea,* vor den Anträgen des Iugurtha. — *experimentis,* durch Erfahrungen, die er bei ſeinen Operationen gemacht hatte.

4. *alium ab alio divorsos,* von ein-

temptando postquam opportunos sibi cognovit, multa pollicendo
persuadet uti Iugurtham maxume vivum, sin id parum procedat,
necatum sibi traderent. ceterum palam quae ex voluntate fo-
rent regi nuntiare iubet.
5 Deinde ipse paucis diebus intento atque infesto exercitu in
Numidiam procedit, ubi contra belli faciem tuguria plena homi-
num, pecora cultoresque in agris erant. ex oppidis et mapalibus
praefecti regis obvii procedebant parati frumentum dare, commea-
6 tum portare, postremo omnia quae imperarentur facere. neque
Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito
agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa osten-
7 tui credere et insidiis locum temptari. itaque ipse cum expe-
ditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu
apud primos erat, in postremo C. Marius legatus cum equitibus
curabat, in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum
et praefectis cohortium dispertiverat, ut cum eis permixti velites,
8 quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. nam in
Iugurtha tantus dolus tantaque peritia locorum et militiae erat,
ut absens an praesens, pacem an bellum gerens perniciosior esset

---

ander getrennt, jeden einzeln. — *aggreditur,* geht an. — *paulatim temptando* zu *postquam* — *cognovit.* — *sin,* wenn aber, ſetzt die Bedingung *si possint vivum* voraus. — *quae ex voluntate forent,* was zu Willen ſein würde, d. i. Hoffnung auf Frieden.

5. *intento,* auf alles gefaßt, *infesto* zum Angriff jederzeit fertig. — *contra belli faciem,* im Gegenſatz zu dem (ſonſt gewöhnlichen) Bild des Krieges. — *procedebant,* verſtärkt durch *obvii,* ſie kamen aus den Ortſchaften und Hütten heraus auf die Straße, wo der Zug durchging. — *commeatum,* neben *frumentum,* was das Heer als notwendig mit ſich führt. — *portare,* weiterſchaffen, zur Erleichterung des Heeres, das ſonſt dieſen Transport ſelbſt beſorgt. — *postremo,* die Anerbietungen zuſammenfaſſend.

6. *neque,* aber nicht. — *munito agmine incedere,* er maſchierte weiter, während er den Heereszug nach allen Seiten hin deckte. Letzteres wird im folgenden im einzelnen aufgezählt. — *ostentui,* zum Schein. — *insidiis locum temptari,* von *credere* abhängig: daß man einen Platz zu einem Hinterhalt verſuche, d. i. abwarte.

7. *tribunis legionum,* höhere Offiziere der Legionen und Befehlshaber der bundesgenöſſiſchen Truppen. — *praefecti cohortium (sociorum)* waren zur Führung der Reiterei der Hilfsvölker abkommandiert. — *cum eis,* mit den Reitern der Hilfsvölker. — *equitatus,* die Reiterhaufen.

8. *pacem an bellum gerens,* Frieden haltend oder Krieg führend.

in incerto haberetur. erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus 47
pergebat, oppidum Numidarum nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum, ubi et incolere et mercari
consueverant Italici generis multi mortales. huc consul, simul 2
temptandi gratia et, si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit. praeterea imperavit frumentum et alia quae bello usui forent comportare, ratus, id quod res monebat, frequentiam negotiatorum et commeatum iuvaturum exercitum et iam paratis rebus
munimento fore. inter haec negotia Iugurtha impensius modo 3
legatos supplices mittere, pacem orare, praeter suam liberorumque
vitam omnia Metello dedere. quos item uti priores consul illectos 4
ad proditionem domum dimittebat, regi pacem quam postulabat neque abnuere neque polliceri et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit ac se suis 48
artibus temptari animadvortit, quippe cui verbis pax nuntiabatur, ceterum re bellum asperrumum erat, urbs maxuma alienata, ager

---

47. 1. *totius regni* zu *rerum venalium.* — *celebratum* = *frequentatum.* — *incolere et mercari,* wohnen und Handel treiben.

2. *temptandi gratia*, d. i. um es mit den (ſtark italiſch gemiſchten) Einwohnern zu verſuchen, ob ſie auf die Seite der Römer treten würden. Für die weitere Kriegführung mußte es ein Unterſchied ſein, ob die Bewohner dieſer Stadt römiſch geſinnt ſeien, oder nur durch Gewalt feſtgehalten würden. — *et si paterentur opportunitates loci.* Der zweite Grund, warum er eine Beſatzung dahin legte, war zu verſuchen, ob *(si)* die (ſonſt) günſtigen Verhältniſſe der Stadt auch eine Garniſon als vorteilhaft erſcheinen ließen. — *praeterea,* im übrigen verfuhr er nach Kriegsbrauch. — *comportare,* er beſtimmte alſo den Platz zu einer Hauptniederlage (Depot) für alle Bedürfniſſe der weitern Kriegführung. — *ratus* — *fore,* enthält den Grund, warum er gerade dieſen Platz für die Hauptniederlage als geeignet erachtete, 1. weil viel Handelsverkehr durch römiſche Geſchäftsleute hier war *(frequentiam negotiatorum)*, 2. weil durch den Handel ein vielſeitiger Transport hier war *(commeatum)*. Alſo war für Anzuſchaffendes und ſchon Angeſchafftes die Gewähr größerer Sicherheit vorhanden. Darauf machten die Verhältniſſe des Platzes aufmerkſam *(id quod res monebat)*.

3. *impensius modo*, nur noch eindringlicher. Vgl. 46. 2.

4. *quos*, aber dieſe. — *promissa legatorum*, was die Geſandten verſprochen hatten.

48.—52. 4. Schlacht am Muthul.

48. 1. *temptari*, daß er verſucht, angegangen werde, d. i. daß man ſeine eigenen Künſte an ihm verſuchte. — *alienata*, hier: in fremden, des

hostibus cognitus, animi popularium temptati, coactus rerum
2 necessitudine statuit armis certare. igitur explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus ex opportunitate loci, quam maxumas potest copias omnium generum parat ac per tramites
3 occultos exercitum Metelli antevenit. erat in ea parte Numidiae, quam Adherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie nomine Muthul, a quo aberat mons ferme milia passuum XX tractu pari, vastus ab natura et humano cultu. sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertingens, vestitus oleastro ac murtetis aliisque generibus arborum, quae humi arido atque hare-
4 noso gignuntur. media autem planities deserta penuria aquae praeter flumini propinqua loca: ea consita arbustis pecore atque
49 cultoribus frequentabantur. igitur in eo colle, quem transvorso itinere porrectum docuimus, Iugurtha extenuata suorum acie consedit, elephantis et parti copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit eumque edocet quae ageret. ipse propior montem cum omni
2 equitatu et peditibus delectis suos collocat. dein singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtestatur uti memores pristinae virtutis et victoriae sese regnumque suum ab Romano-

---

Feindes Beſitz gekommen. — *temptati,* zum Abfall verleitet. — *coactus — necessitudine,* notgedrungen. — *certare,* entſcheiden.

2. *ex opportunitate loci,* der Platz, wo der Feind ſtand, ſchien ihm zu ſeinem Vorteil zu ſein. Daher ſucht er ihn mit allen Truppengattungen zu erreichen, bevor Metellus den Platz wechſeln konnte *(exercitum Metelli antevenit).*

3. *quam Adherbal possederat,* vgl. 16. 5. — *milia passuum viginti* = 100 000 Fuß = 25—30 Kilometer, alſo eine Entfernung von ungefähr 6—7 Stunden. — *pari,* mit dem Fluß. — *ab natura,* vonſeiten. Weder Natur noch Anbau der Menſchen hatte etwas gethan, um ihn weniger wüſte zu machen. — *quasi (quam si)* hier zu *medio* = *fere.* — *in immensum pertingens,* nämlich nach der Ebene des Fluſſes hin. — *humi,* im Erdreich, *arido atque harenoso,* auf trockenem und ſandigem Boden.

4. *planities,* die Ebene zwiſchen dieſer weit gegen den Fluß ſich erſtreckenden Abdachung und dem Fluß; *media,* in der Mitte zwiſchen Berg und Fluß iſt ſie waſſerarm und deshalb nicht bewohnt, verödet.

49. 1. *transvorso itinere,* bei quer gewendetem Weg, d. i. hier: in ſenkrechter Richtung auf den Weg. Vgl. 48. 3. — *extenuata acie,* in langgeſtreckter Schlachtlinie. — *Bomilcarem praefecit.* Wie *ipse propior montem* zeigt, war die Stellung Bomilkars mehr gegen die Ebene hin. — *suos,* d. i. die ganze Reiterei und die auserwählten Soldaten zu Fuß, die er für ſich behalten hatte.

2. *circumiens,* die Runde machend,

rum avaritia defendant: cum eis certamen fore, quos antea victos
sub iugum miserint; ducem illis, non animum mutatum; quae
ab imperatore decuerint omnia suis provisa, locum superiorem,
ut prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus aut rudes
cum bello melioribus manum consererent: proinde parati intenti- 3
que essent signo dato Romanos invadere; illum diem aut omnis
labores et victorias confirmaturum aut maxumarum aerumnarum
initium fore. ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus 4
pecunia aut honore extulerat, commonefacere benefici sui et eum
ipsum aliis ostentare, postremo pro cuiusque ingenio pollicendo
minitando obtestando alium alio modo excitare: cum interim Me-
tellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspi- 5
catur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet — nam
inter virgulta equi Numidaeque consederant neque plane occultati
humilitate arborum et tamen incerti, quidnam esset, cum natura
loci tum dolo ipsi atque signa militaria obscurati — dein brevi
cognitis insidiis paulisper agmen constituit. ibi commutatis ordi- 6
nibus in dextero latere, quod proxumum hostis erat, triplicibus
subsidiis aciem instruxit. inter manipulos funditores et sagit-
tarios dispertit, equitatum omnem in cornibus locat ac pauca
pro tempore milites hortatus aciem, sicuti instruxerat, trans-

---

natürlich zu Pferd. — *quos — miserint,* vgl. 38. 9. 10. — *decuerint,* hier ausnahmsweiſe perſönlich konſtruiert, zu ergänzen *provideri.* — *provisa,* nämlich: *locum superiorem, ut . . . consererent, ne . . . consererent.* — *prudentis,* Örtlichkeit und Lage kennend.

3. *parati intentique,* kampfbereit und aufmerkſam auf das Zeichen, wenn es gegeben werde. — *illum diem — confirmaturum,* dieſer Tag werde die Strapazen und Siege, d. i. ihren Erfolg, den Lohn ſichern.

4. *viritim,* Mann für Mann, wie er jeden einzelnen *(uti quemque)* ausgezeichnet hatte *(extulerat). efferre,* vor andern herausheben. — *pro cuiusque ingenio,* jeden nach ſeiner beſondern Natur. — *conspicatur,* er wird etwas gewahr, ohne ſogleich zu erkennen, was es iſt.

5. *neque — et* nicht — aber doch. — *incerti,* unbeſtimmt, nicht recht zu erkennen. — *obscurati,* weil ſie verdeckt waren. — *agmen constituit,* er machte (noch auf dem Abhang) Halt, um die 46. 7 bezeichnete Aufſtellung nach den hier ſich bietenden Verhältniſſen zu ändern. Daher *commutatis ordinibus.*

6. *ibi,* auf dem Bergabhang, gegenüber dem in die Ebene ſich vorſtreckenden Hügel, wo Iugurthas Hinterhalt war. — *triplicibus subsidiis,* es waren alſo vier Gefechtslinien. — *inter manipulos,* in die Zwiſchenräume zwiſchen den einzelnen kleineren Abteilungen. — *transvorsis*

50 vorsis principiis in planum deducit. sed ubi Numidas quietos ne-
que colle degredi animadvortit, veritus ex anni tempore et inopia
aquae ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum ex-
peditis cohortibus et parte equitum praemisit ad flumen, uti locum
castris antecaperet, existumans hostis crebro impetu et transvorsis
proeliis iter suum remoraturos et, quoniam armis diffiderent,
lassitudinem et sitim militum temptaturos. deinde ipse pro re
2 atque loco, sicuti monte descenderat, paulatim procedere, Marium
post principia habere, ipse cum sinistrae alae equitibus esse,
3 qui in agmine principes facti erant. at Iugurtha, ubi extremum
agmen Metelli primos suos praetergressum videt, praesidio quasi
duum milium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat,
ne forte cedentibus advorsariis receptui ac post munimento foret.
4 dein repente signo dato hostis invadit. Numidae alii postre-
mos caedere, pars a sinistra ac dextra temptare, infensi adesse
atque instare, omnibus locis Romanorum ordines conturbare,
quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, lu-
dificati incerto proelio ipsi modo eminus sauciabantur neque con-

---

principiis. Die Gefechtsaufſtellung war mit der Front dem Feinde, d. i. jenem Hügel, wo der Hinterhalt war, zugekehrt. In dieſer Aufſtellung (*sicuti instruxerat*) ließ er nach vorausgegangener Aufmunterung weiter gegen die Ebene herab, dem Fluſſe zu maſchieren. Es mußte alſo linksum gemacht werden, und der linke Flügel kam an die Spitze des Zuges (*transvorsis principiis.*) So konnte jeden Augenblick Halt gemacht und die ganze Gefechtslinie durch rechtsum dem Feinde zugewendet werden.

50. 1. *ex anni tempore,* es war Hochſommer. — *uti — antecaperet,* daß er vorher beſetze. — *castris* Dativ zu *antecaperet.* — *crebro impetu,* durch öfters wiederholten Vorſtoß. — *transvorsis,* quer gegen den Marſch des römiſchen Heeres, alſo Flankenangriffe. — *et — temptaturos,* bezeichnet die Abſicht von *remoraturos.* Weil ſie den Waffen nicht trauten, würden ſie, nach Metellus' Vorausſetzung, den Feind ſo lange durch kleine Kämpfe hinzuhalten ſuchen, bis er vor Müdigkeit und Durſt kampfunfähig würde. Den Verſuch mit der Müdigkeit und dem Durſt der Feinde machen = verſuchen, durch Ermüdung und Durſt zu erſchöpfen.

2. *pro re atque loco,* nach den Umſtänden und der Örtlichkeit, *sicuti — descenderat,* in der nämlichen Aufſtellung, *paulatim* mitbezug auf *pro re et loco,* nur langſam. — *post principia,* vgl. 49. 6. — *in agmine,* beim Vormarſch gegen den Fluß hin.

3. *quasi,* vgl. 48. 3.

4. *a sinistra ac dextra,* der ganze Heereszug wurde umſchwärmt. — *infensi adesse,* zum Angriff auf der Stelle ſein. — *conturbare,* das Kompoſitum mitbezug auf *omnibus locis.* — *obvii fuerant,* ſich entgegen geſtellt hatten. — *ludificati incerto proelio,*

tra feriundi aut conserundi manum copia erat: ante iam docti 5
ab Iugurtha equites, ubi Romanorum turma insequi coeperat, non
confertim neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam
maxume divorsi. ita numero priores, si ab persequendo hostis 6
deterrere nequiverant, disiectos ab tergo aut lateribus circumve-
niebant; sin opportunior fugae collis quam campi fuerat, ea vero
consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere, nostros
asperitas et insolentia loci retinebat. ceterum facies totius negoti 51
varia incerta foeda atque miserabilis. dispersi a suis pars cedere
alii insequi, neque signa neque ordines observare, ubi quemque
periculum ceperat ibi resistere ac propulsare, arma tela equi viri
hostes atque cives permixti, nihil consilio neque imperio agi, fors
omnia regere. itaque multum diei processerat, cum etiam tum 2
eventus in incerto erat. denique omnibus labore et aestu lan- 3
guidis Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paulatim milites
in unum conducit, ordines restituit et cohortis legionarias quat-
tuor advorsum pedites hostium collocat. eorum magna pars

---

wo ſie angreifen wollten, entwiſchte der Feind. „Durch den unſtäten Kampf getäuſcht“. — *ipsi modo,* eben nur ſie erhielten Wunden. — *neque contra copia erat,* ihrerſeits dagegen hatten ſie keine Möglichkeit draufzuſchlagen.

5. *docti,* angewieſen. — *turma,* eine geſchloſſene Schwadron. — *quam maxime divorsi,* möglichſt weit auseinander.

6. *numero priores,* weil ſie an Zahl überlegen waren. — *disiectos circumveniebant* = *disiciebant et circumveniebant.* Sie jagten auseinander und, wenn gleichwohl die Römer nicht abſtanden zu verfolgen, trennten die verfolgenden; wenn, ſie getrennt waren, konnten ſie als *numero priores,* die verfolgenden umzingeln. — *ea vero,* da erſt recht. — *asperitas loci,* der wild überwachſene Boden, *insolentia loci,* weil ſie nicht daran gewöhnt waren. — *retinebat,* hielt auf.

51. 1. *facies totius negoti,* das Bild der ganzen Lage. — *varia* — *miserabilis,* eine Steigerung vom Wechſelvollen bis zum Jammervollen. — *observare,* darauf achten, daß man nicht von ſeinem Feldzeichen und ſeiner Reihe abkomme; „im Auge behalten“. — *propulsare,* von ſich abwehren. — *nihil* — *agi,* nichts geſchah nach einem beſtimmten Plan und Oberbefehl.

2. *itaque,* und ſo, in dieſer Verwirrung. *cum* — *erat,* Inverſion des Hauptſatzes mitbezug auf das in *multum* enthaltene *iam.*

3. *denique,* zu *conducit.* — *paulatim,* allmählich, nur langſam. — *legionarias,* aus Legions-, d. i. römiſchen Soldaten beſtehend. Eine Kohorte hieß damals noch eine Abteilung der Legion, beſtehend aus je einem Manipel hastati, principes, triarii. — *collocat,* er ſtellt alſo wieder eine geſchloſſene Gefechtslinie her.

4 superioribus locis fessa consederat. simul orare et hortari milites
ne deficerent neu paterentur hostis fugientis vincere; neque illis
castra esse neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent;
5 in armis omnia sita. sed ne Iugurtha quidem interea quietus
erat: circumire hortari, renovare proelium et ipse cum delectis
temptare omnia, subvenire suis, hostibus dubiis instare, quos
52 firmos cognoverat eminus pugnando retinere. eo modo inter se
duo imperatores summi viri certabant, ipsi pares, ceterum opibus
2 disparibus. nam Metello virtus militum erat, locus advorsus,
3 Iugurthae alia omnia praeter milites opportuna. denique Romani,
ubi intellegunt neque sibi perfugium esse neque ab hoste copiam
pugnandi fieri — et iam die vesper erat — advorso colle, sicuti
4 praeceptum fuerat, evadunt. amisso loco Numidae fusi fugatique.
pauci interiere, plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata
sunt.

5 Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium praefectum ab Iugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius praetergressus est, paulatim suos in aequum locum deducit ac, dum legatus ad flumen, quo praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat, neque remittit quid
6 ubique hostis ageret explorare. postquam Rutilium consedisse
iam et animo vacuum accepit simulque ex Iugurthae proelio
clamorem augeri, veritus ne legatus cognita re laborantibus suis

---

4. *hostis fugientis vincere,* daß fliehende Feinde den Sieg hätten. — *illis,* den angeredeten römiſchen Soldaten.

5. *ne — quidem,* auch — nicht. — *quietus,* frei von Arbeit, *tranquillus,* frei von Sorge. — *dubiis,* ſchwankend, Gegenſatz zu *firmos. retinere,* nämlich von ſich.

52. 1. *ipsi,* an ſich.

2. *erat,* war zur Seite.

3. *die,* zuſammengezogene Genetivform. Vgl. 16. 3. — *advorso colle,* an der ihnen entgegengeſetzten Seite des Hügels, d. i. gerade den Hügel hinan.

4. *ignara,* vgl. 18. 6.

52. 5.—53. Bomilkars gleichzeitiger Angriff auf Rutilius.

5. *in aequum locum,* in die Ebene herab. — *uti res postulabat,* zu *quietus.* Der Feind durfte von ſeinen Vorkehrungen nichts merken. — *quid ubique,* was und wo.

6. *vacuum.* Nachdem Rutilius nach dem erhaltenen Befehl die Beſetzung des Platzes am Fluſſe fertig hatte, war er frei, *animo,* in ſeinem Sinne, d. i. er hatte gerade nichts mehr, was ſeinen Sinn = „ihn“ bezüglich des beſondern Befehls ſehr beſchäftigte. Er konnte alſo ſeine Aufmerkſamkeit wieder weiter gegen den

auxilio foret, aciem quam diffidens virtuti militum arte statuerat,
quo hostium itineri officeret, latius porrigit eoque modo ad Rutili
castra procedit. Romani ex improviso pulveris vim magnam anim- 53
advortunt: nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. et
primo rati humum aridam vento agitari, post ubi aequabilem
manere et, sicuti acies movebatur, magis magisque appropin-
quare vident, cognita re properantes arma capiunt ac pro ca-
stris, sicuti imperabatur, consistunt. deinde, ubi propius ventum 2
est, utrimque magno clamore concurritur. Numidae tantummodo 3
remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam eos im-
peditos ramis arborum atque ita disiectos circumveniri vident,
fugam faciunt ac plerique abiectis armis collis aut noctis quae
iam aderat auxilio integri abeunt. elephanti quattuor capti, reliqui 4
omnes numero quadraginta interfecti. at Romani, quamquam 5
itinere atque opere castrorum et proelio fessi laetique erant,
tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi inten-
tique obviam procedunt. nam dolus Numidarum nihil languidi 6
neque remissi patiebatur. ac primo obscura nocte, postquam 7
haud procul inter se erant, strepitu velut hostes adventare, alteri
apud alteros formidinem simul et tumultum facere et paene im-
prudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi

Feind richten. Letzteres fürchtete Bomilkar. — *arte,* wie 45. 2. — *quo — officeret,* zu *latius porrigit.* — *itineri,* dem etwaigen Marſch zur Hilfeleiſtung. — *ad castra,* bis ans Lager.

53. 1. *prospectum,* die Ausſicht, Fernſicht. — *aequabilem.* Die Staubwolke zeigte ſich in der Ferne als eine gleichmäßige. — *cognita re capiunt,* da erkannten ſie den wirklichen Sachverhalt und etc.

3. *remorati,* hielten ſtand, *tantummodo,* nur ſo lange.

5. *fessi laetique.* Sie waren durch die vorausgegangenen Anſtrengungen der Lagerarbeiten und des Treffens ermüdet und zugleich (wegen des Erfolgs) erfreut. Aber weder Müdigkeit noch die Freude hinderten ſie, nochmals auszurücken; ſie vergaßen Müdigkeit und Freude. — *instructi intentique,* in voller Schlachtaufſtellung und des Kampfes gewärtig.

6. *nihil languidi,* keine Ermattung, infolge der Anſtrengung, *nihil remissi,* keine Läſſigkeit, infolge der Siegesfreude.

7. *obscura nocte.* Schon das Treffen mit Bomilkar endete mit hereinbrechender Nacht. — *haud procul inter se,* nicht weit von einander. — *postquam — erant.* Vgl. 13. 5. — *strepitu,* durch das Geräuſch, welches zur Meinung veranlaßte, der Feind ſei im Anrücken. — *imprudentia,* durch die Unkenntnis des Vorgangs, zu *admissum,* wie vorher *strepitu* zu *facere.*

8 equites rem exploravissent. igitur pro metu repente gaudium mutatur, milites alius alium laeti appellant, acta edocent atque audiunt, sua quisque fortia facta ad caelum fert. quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet, advorsae res etiam bonos detrectant.

54 Metellus in eisdem castris quatriduo moratus saucios cum cura reficit, meritos in proeliis more militiae donat, universos in contione laudat atque agit gratias, hortatur ad cetera, quae levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis iam pugnatum,
2 reliquos labores pro praeda fore. et tamen interim transfugas et alios opportunos, Iugurtha ubi gentium aut quid agitaret, cum paucisne esset an exercitum haberet, ut sese victus gereret ex-
3 ploratum misit. at ille sese in loca saltuosa et natura munita receperat ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli
4 cultorem. id ea gratia eveniebat, quod praeter regios equites nemo omnium Numida ex fuga regem sequitur: quo cuiusque animus fert, eo discedunt neque id flagitium militiae ducitur. ita se mores habent.

5 Igitur Metellus ubi videt regis etiam tum animum ferocem esse, bellum renovari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset,

---

8. *mutatur,* wird eingetauſcht, wechſelt. — *alius alium appellant,* rufen einander zu. — *quippe.* So geht es ja in den menſchlichen Dingen. — *detrectant,* ziehen herab, verkleinern.

54. 55. Veränderte Kriegführung auf beiden Seiten.

54. 1. *quatriduo,* Ablativ der Zeitdauer, innerhalb welcher etwas geſchieht. — *meritos,* im Gegenſatz zu *universos,* die einzelnen, welche ſich beſonders ausgezeichnet hatten. — *more militiae,* wie es im Soldatendienſt Brauch iſt. — *quae levia sunt,* vgl. 38. 9. — *reliquos labores,* der Reſt der Anſtrengungen.

2. *transfugas,* als am meiſten mit Örtlichkeit und Verhältniſſen bekannt. — *opportunos,* geeignet. — *ubi gentium agitaret,* wo er ſich aufhalte, *quid agitaret,* was er betreibe.

3. *hebetem infirmumque,* ohne Kraft und Widerſtandsfähigkeit. — *agri — cultorem,* mehr an Ackerbau und Viehzucht, als an Krieg gewohnt.

4. *id — eveniebat,* dies, nämlich daß Iugurtha ſich zurückzog und ein neues Heer ſammelte, trat als notwendige Folge wegen des Umſtandes ein, weil etc. — *ea gratia* = *eius rei gratia.* — *ex fuga,* von der Flucht aus, d. i. wenn's zur Flucht kommt. — *quo cuiusque animus fert,* wohin jeder will.

5. *etiam tum,* auch jetzt noch. — *ex lubidine,* nach dem Belieben. Iu-

praeterea iniquum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento
illos vinci quam suos vincere, statuit non proeliis neque in acie
sed alio more bellum gerundum. itaque in loca Numidiae opu- 6
lentissuma pergit, agros vastat, multa castella et oppida temere
munita aut sine praesidio capit incenditque, puberes interfici iubet,
alia omnia militum praedam esse. ea formidine multi mortales
Romanis dediti obsides, frumentum et alia quae usui forent affa-
tim praebita, ubicumque res postulabat praesidium impositum.
quae negotia multo magis quam proelium male pugnatum ab 7
suis regem terrebant, quippe cuius spes omnis in fuga sita erat, 8
sequi cogebatur, et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis
bellum gerere. tamen ex copia quod optumum videbatur con- 9
silium capit, exercitum plerumque in eisdem locis opperiri iubet,
ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis et aviis
itineribus ignoratus Romanos palantis repente aggreditur. eorum 10
plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus
profugit, et Numidae priusquam ex castris subveniretur, sicuti
iussi erant, in proxumos collis discedunt.

---

gurtha hat es in der Hand, nach Örtlichkeit vorzugehen und in ſchwierige Gegend ſich zurückzuziehen, wie er will. Daher *iniquum certamen,* ein ungleicher Kampf, in dem mit Tapferkeit und Kriegskunſt nicht alles erreicht wird. — *proelio,* in offenem Treffen, *in acie,* in förmlicher Schlacht.

6. *castella,* vereinzelte militäriſche Anlagen, Forts, *oppida,* befeſtigte Städte. — *temere,* nur leichthin. — *ea formidine,* durch die ſo hervorgerufene Furcht.

7. *quae negotia,* aber dieſe Maßnahmen. — *pugnatum* hier tranſitiv wie *pugnam pugnare,* einen Kampf kämpfen, einen Gang gehen u. a.

8. *quippe cuius — cogebatur* = *quippe is, cuius — cogebatur,* wurde ja doch der, deſſen — gezwungen. — *in fuga,* in ſchleunigem Zurückgehen, Ausweichen, Gegenſatz zu *sequi.* Er mußte jetzt dem Feind nachgehen, um ihn zu verhindern. — *sua loca,* die für ihn günſtigen Orte, die er zum Kampf ausgeſucht hatte. — *nequiveverat,* die Gelegenheit dazu war ihm genommen, weil der Feind ihm nicht dahin folgte. Dadurch wurde er genötigt, aus den ihm günſtigen Orten hervorzukommen und den Feind an den ihm ungünſtigen *(in alienis)* aufzuſuchen.

9. *ex copia,* vgl. 39. 5: jeweils nach den Umſtänden. — *in eisdem locis,* d. i. das Heer hatte meiſt eine Art Standlager, nur Reiterabteilungen unter Iugurthas perſönlicher Führung *(ipse)* folgten dem Metellus. Damit waren Vorwärtsbewegungen des Geſamtheeres *(ex copia)* nicht ausgeſchloſſen. — *opperiri,* warten, bis der Streifzug zurück war. — *ignoratus,* unbemerkt. — *palantis,* vgl. 18. 2.

10. *intactus,* ohne Wunde.

55 Interim Romae gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus,
ut seque et exercitum more maiorum gereret, in advorso loco
victor tamen virtute fuisset, hostium agro potiretur, Iugurtham
magnificum ex Albini socordia spem salutis in solitudine aut
2 fuga coegisset habere. itaque senatus ob ea feliciter acta dis
immortalibus supplicia decernere, civitas trepida antea et sollicita
de belli eventu laeta agere, de Metello fama praeclara esse.
3 igitur eo intentior ad victoriam niti, omnibus modis festinare,
cavere tamen necubi hosti opportunus fieret, meminisse post glo-
4 riam invidiam sequi. ita quo clarior erat, eo magis anxius erat,
neque post insidias Iugurthae effuso exercitu praedari; ubi fru-
mento aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu prae-
sidium agitabant; exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat.
5 sed igni magis quam praeda ager vastabatur. duobus locis haud
6 longe inter se castra faciebant. ubi vi opus erat, cuncti aderant.
7 ceterum quo fuga atque formido latius cresceret, divorsi agebant.
8 eo tempore Iugurtha per collis sequi, tempus aut locum pugnae
quaerere, qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum
fontis, quorum penuria erat, corrumpere, modo se Metello inter-
dum Mario ostendere, postremos in agmine temptare ac statim
in collis regredi, rursus aliis post aliis minitari, neque proelium
facere neque otium pati, tantummodo hostem ab incepto retinere.

---

55. 1. *interim,* während der Vorgänge nach der Schlacht am Muthul. — *ut seque — gereret,* wie er ſich und das Heer halte. — *magnificum,* großthuend.

2. *supplicia* = *supplicationes,* zunächſt Bittfeſte, dann allgemein Götterfeſte, hier Dankfeſte. — *laeta agere,* gab ſich der Freude hin.

3. *eo intentior ad victoriam niti,* um ſo angeſtrengter bot er alle Kraft auf, den endgiltigen Sieg zu gewinnen. — *necubi — fieret,* daß er nirgends dem Feinde eine Blöße gebe. — *post gloriam,* zeitlich zu nehmen. Nach dem Ruhm kommt der Neid.

4. *effuso exercitu praedari,* mit weithin ausgedehntem Heer auf Beute gehen. — *praesidium agitabant,* waren zur Bedeckung dabei.

6. *castra faciebant,* hatten jeweils ihr Lager, nämlich Metellus und Marius.

7. *vi,* eine große Kraftanſtrengung. *cuncti,* alle, d. i. die beiden Teile des Heeres vereint *(coniuncti).* — *divorsi agebant,* ſie operierten getrennt.

8. *pugnae,* für den Kampf. — *aliis post aliis minitari,* bedrohte einen Teil nach dem andern (griff nicht nur den Nachtrab an). — *neque — pati,* er ließ es zu keinem Kampf kommen und auch keine Ruhe Platz greifen. — *ab incepto,* von ſeinem Unternehmen, wenn er etwas unternehmen wollte.

Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt neque ab 56
hoste copiam pugnandi fieri, urbem magnam et in ea parte qua
sita erat arcem regni nomine Zamam statuit oppugnare ratus,
id quod negotium poscebat, Iugurtham laborantibus suis auxilio
venturum ibique proelium fore. at ille quae parabantur a per- 2
fugis edoctus magnis itineribus Metellum antevenit. oppidanos
hortatur moenia defendant, additis auxilio perfugis, quod genus
ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissumum erat. prae-
terea pollicetur in tempore semet cum exercitu adfore. ita com- 3
positis rebus in loca quam maxume occulta discedit ac post
paulo cognoscit Marium ex itinere frumentatum cum paucis co-
hortibus Siccam missum, quod oppidum primum omnium post
malam pugnam ab rege defecerat. eo cum delectis equitibus 4
noctu pergit et iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit;
simul magna voce Siccenses hortatur uti cohortis ab tergo circum-
veniant: fortunam illis praeclari facinoris casum dare. si id
fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu aetatem
acturos. ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido prope- 5
ravisset, profecto cuncti aut magna pars Siccensium fidem muta-
vissent: tanta mobilitate sese Numidae gerunt. sed milites 6
Iugurthini paulisper ab rege sustentati, postquam maiore vi hostes
urgent, paucis amissis profugi discedunt. Marius ad Zamam per- 57
venit. id oppidum in campo situm magis opere quam natura

56.—60. Die Unternehmung gegen Zama.

56. 1. *arcem*, bildlich: Die Burg, welche die Herrſchaft des numidiſchen Königs in dieſer Gegend ſicherte. Es iſt zweifelhaft, ob es dieſelbe Stadt war, wo Scipio ſiegte.

2. *antevenit.* Die Eile machte es nötig, daß Iugurtha nur mit einer kleineren Schar nach Zama aufbrach, wohl derjenigen, die er als Verſtärkung nach Zama werfen wollte (*additis perfugis*). Dies geht auch aus dem Zuſatz *semet cum exercitu adfore* hervor. *exercitus* ſteht in römiſchem Sinne im Gegenſatz zu *perfugae.* — *quia — nequibat,* aus Furcht vor der Strafe der Römer.

3. *ex itinere,* von dem Marſch auf Zama aus = unterwegs auf dem Marſch nach Zama.

4. *in porta,* gerade bei dem Thore trafen ſie zuſammen. — *in regno*, in ſeiner Herrſchaft.

5. *atque*, und dadurch. — *fidem mutavissent,* hier = ſie hätten ſich gegen die Römer gewendet.

6. *paulisper sustentati,* noch ein wenig gehalten (ermutigt). — *profugi discedunt*, laufen fliehend auseinander.

57. 1. *ad Zamam pervenit*, kam

munitum erat, nullius idoneae rei egens, armis virisque opulentum.
2 igitur Metellus pro tempore atque loco paratis rebus cuncta moenia exercitu circumvenit, legatis imperat ubi quisque curaret.
3 deinde signo dato undique simul clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent,
4 proelium incipitur. Romani pro ingenio quisque pars eminus glande aut lapidibus pugnare, alii succedere ac murum modo suffodere modo scalis aggredi, cupere proelium in manibus facere.
5 contra ea oppidani in proxumos saxa volvere, sudis pila, prae-
6 terea pice et sulphure ardenti taedam mixtam mittere. sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. nam plerosque iacula tormentis aut manu emissa volnerabant parique periculo sed fama impari boni atque ignavi erant.

58 Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit, remissis qui in praesidio erant et omnia magis quam proelium exspectantibus portam irrumpit.
2 at nostri repentino metu perculsi sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere alii arma capere, magna pars volnerati aut
3 occisi. ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis Romani grege facto locum cepere paulo quam alii editiorem neque inde maxuma vi depelli quiverunt, sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrari; sin

---

vor Zama an. — *nullius — egens*, nichts entbehrend, was ihr dienlich war.

2. *paratis rebus,* nachdem er ſeine Vorbereitungen getroffen. — *cuncta moenia,* die geſamte Stadt, ſo weit ihre Feſtungsmauer reicht, alſo: er ſchließt die Stadt enge ein. — *ubi quisque curaret,* wo jeder ſeines Amtes walten ſollte.

3. *clamor,* unſer Hurra-Ruf zum Angriff. — *neque,* aber nicht. — *infensi intentique,* zum Angriff gefaßt. — *sine tumultu*, ohne jede Aufregung.

4. *pro ingenio quisque*, vgl. 49. 4. — *glande,* mit Bleikugeln. — *proelium in manibus facere,* Gegenſatz zu *eminus pugnare.* Die, welche handgemein kämpfen wollten, rückten an die Mauern heran u. ſ. w.

5. *contra ea,* gegen dieſe Angriffsverſuche.

6. *timor animi*, ihre Furcht. — *muniverat,* hatte ſicher geſtellt.

58. 1. *remissis,* während die, welche auf Wache waren, ſich der Ruhe überließen.

2. *pro moribus,* wie 57. 4 *pro ingenio.* — *sibi quisque consulunt,* jeder denkt an ſich.

3. *grege facto,* ſie ſcharten ſich zu einem geſchloſſenen Haufen zuſammen, ähnlich unſerm Carré, dem römiſchen *orbis.* — *quam alii*, nämlich *loci erant.* — *frustrari,* vergeblich, d. i. fehlſchießen. — *sin,* wenn aber,

Numidae propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere et eos
maxuma vi caedere fundere atque fugare. interim Metellus cum 4
acerrume rem gereret, clamorem [et tumultum hostilem] a tergo
accepit, dein convorso equo animadvortit fugam ad se vorsum
fieri: quae res indicabat popularis esse. igitur equitatum om- 5
nem ad castra propere misit ac statim C. Marium cum cohortibus
sociorum, eumque lacrumans per amicitiam perque rem publicam
obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore neve
hostis inultos abire sinant. ille brevi mandata efficit. at Iugur- 6
tha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum prae-
cipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis
amissis in loca munita sese recepit. Metellus infecto negotio, post- 7
quam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur. igitur po- 59
stero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum
omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare
iubet, portas et proxuma loca tribunis dispertit, deinde ipse
pergit ad oppidum atque uti superiore die murum aggreditur. in- 2
terim Iugurtha ex occulto repente nostros invadit. qui in proxumo
locati fuerant, paulisper territi perturbantur, reliqui cito sub-
veniunt. neque diutius Numidae resistere quivissent, ni pedites
cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent.

ſetzt eine im vorangehenden *eminus* enthaltene Bedingung voraus. *sin accessissent*, wenn es vorkam, daß die Numider näher heranrückten. — *ibi vero*, da erſt recht.

4. *cum acerrime rem gereret*, während er am ſchärfſten zu thun hatte (engagiert war), nämlich mit dem Angriff auf die Stadt. — *fugam — fieri*, daß eine Flucht gegen ihn her ſtattfinde. — *popularis esse*, nämlich *fugientes*.

5. *ac statim*, und auf dem Fuße nach.

6. *impeditus*, daran, ſich raſch zurückzuziehen. Die Folge war, daß die einen ſich über den Wall hinabſtürzten, andere im Gedränge der Eile ſelbſt ſich hinderten. Unter ſolchen Umſtänden mußte er ſich mit großem Verluſte zurückziehen. — *infecto negotio*, nämlich in der Erſtürmung der Stadt.

59. 1. *qua — erat*, wo zu erwarten war. — *pro castris agitare*, vor dem Lager den Sicherheitsdienſt beſorgen. — *portas*, des Lagers.

2. *qui locati — fuerant*, welche ihm bei ſeinem Anrücken zunächſt ſtanden.

3. *diutius*, länger als den erſten Augenblick des Zuſammentreffens mit den Nachrückenden der Feinde, „noch länger“. — *ni — facerent*, wenn nicht (wie es bei den Numidern üblich war) bei dem Zuſammentreffen der Umſtand einen großen Verluſt bei dem

quibus illi freti non, uti equestri proelio solet, sequi, dein ce-
dere, sed advorsis equis concurrere, implicare ac perturbare
60 aciem: ita expeditis peditibus suis hostis paene victos dare. eodem
tempore apud Zamam magna vi certabatur. ubi quisque legatus
aut tribunus curabat, eo acerrume niti, neque alius in alio magis
2 quam in sese spem habere, pariterque oppidani agere: oppugnare
aut parare omnibus locis, avidius alteri alteros sauciare quam
semet tegere, clamor permixtus hortatione laetitia gemitu, item
3 strepitus armorum ad caelum ferri, tela utrimque volare. sed illi
qui moenia defensabant, ubi hostes paulum modo pugnam remi-
4 serant, intenti proelium equestre prospectabant. eos, uti quae-
que Iugurthae res erant, laetos modo modo pavidos animadvor-
teres ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent, monere alii alii
hortari aut manu significare aut niti corporibus et ea huc et illuc
5 quasi vitabundi aut iacientes tela agitare. quod ubi Mario cogni-
tum est — nam is in ea parte curabat — consulto lenius agere
ac diffidentiam rei simulare, pati Numidas sine tumultu regis
6 proelium visere. ita illis studio suorum adstrictis repente magna
vi murum aggreditur. et iam scalis egressi milites prope summa

---

Gegner verurſachen würde, daß zwiſchen die Reiter Fußgänger eingereiht waren; und auf dieſe (*quibus*, die vereinigten Reiter und Fußgänger) vertrauend, verſuchten ſie (*illi*, die Numider) längern Widerſtand zu leiſten. — *advorsis equis*, Gegenſatz zu *cedere:* ſie ritten darauf los, zum Zuſammenſtoß. — *implicare ac perturbare*, verwirren und völlig in Unordnung bringen. — *expeditis — suis*, Ablativ des Mittels. — *victos dare* = *vincere*, doch mit Hervorhebung des eingetretenen Zuſtandes: zu Beſiegten machen.

60. 1. *eodem tempore*, zugleich mit dem wiederholten Einfall Iugurthas. — *eo*, inbezug auf *ubi* = *eo loco*. Wo ein jeder zu befehligen hatte (*curabat*), da bot er alle Anſtrengung auf, d. i. jeder bot auf ſeinem Platz alle Kraft auf.

2. *oppugnare*, d. i. *pugnare contra hostem*, bezieht ſich hier auf die beiderſeits Kämpfenden. — *alteri*, die auf der einen Seite. — *clamor*, wie 57. 3.

3. *proelium prospectabant*, ſchauten dem Treffen in der Ferne zu.

4. *sicuti possent.* Die lebhafte Teilnahme veranlaßt unwillkürlich den Ausdruck in Worten und Bewegung, wie wenn ſie von den in der Ferne Kämpfenden gehört oder geſehen werden könnten. — *vitabundi*, vgl. 38. 1. — *agitare*, ſie thun, bewegen ſich wie.

5. *ubi Mario cognitum est*, als Marius bemerkt hatte. — *lenius agere*, langſamer thun. — *sine tumultu*, ohne weitere Beunruhigung.

6. *studio — adstrictis*, durch die Aufmerkſamkeit — gefeſſelt. — *scalis egressi*, ſie waren auf Leitern hinaufgeſtiegen (*e*, von unten aus).

ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides ignem alia praeterea
tela ingerunt. nostri primo resistere, deinde, ubi unae atque alterae 7
scalae comminutae, qui supersteterant afflicti sunt, ceteri quo-
quo modo potuere, pauci integri magna pars volneribus confecti
abeunt. denique utrimque proelium nox diremit.

Metellus postquam videt frustra inceptum, neque oppidum 61
capi neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere
et iam aestatem exactam esse, ab Zama discedit et in eis ur-
bibus, quae ad se defecerant satisque munitae loco aut moenibus
erant, praesidia imponit. ceterum exercitum in provinciam, qua 2
proxuma est Numidiae, hiemandi gratia collocat. neque id tem- 3
pus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit, sed quoniam
armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere
et eorum perfidia pro armis uti parat. igitur Bomilcarem, qui 4
Romae cum Iugurtha fuerat et inde vadibus datis de Massivae
nece iudicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma
copia fallundi erat, multis pollicitationibus aggreditur. ac primo 5
efficit uti ad se colloquendi gratia occultus veniat, deinde fide
data, si Iugurtham vivum aut necatum sibi tradidisset, fore ut illi
senatus impunitatem et sua omnia concederet, facile Numidae
persuadet cum ingenio infido tum metuenti ne, si pax cum Ro-
manis fieret, ipse per condiciones ad supplicium traderetur. is, 62
ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium ac miserantem
fortunas suas accedit. monet atque lacrumans obtestatur uti ali-
quando sibi liberisque et genti Numidarum optume meritae pro-
videat; omnibus proeliis sese victos, agrum vastatum, multos
mortalis captos occisos, regni opes comminutas esse; satis saepe

---

7. *comminutae,* zertrümmert. — *afflicti,* zu Boden geworfen. — *ceteri,* welche noch nicht auf den Leitern waren.

61. 62. Rückzug von Zama. Winterquartier in der römiſchen Provinz. Vergebliche Unterhandlungen mit Iugurtha.

61. 1. *suo loco,* vgl. 54. 8. — *ab Zama discedit,* er giebt Zama auf.

2. *in provinciam collocat = ducit in provinciam et ibi collocat.* — *quae proxuma est,* vgl. 23. 2.

3. *ex aliorum more,* vgl. 39. 5.

4. *vadibus datis,* vgl. 35. 9. — *de nece* zu *iudicium.*

5. *fide data,* zu *persuadet.* — *ingenio infido,* Eigenſchaftsablativ attributiv zu *Numidae,* wie *metuendi,* da er ſowohl ein treuloſer Menſch war, als auch insbeſondere fürchtete. — *per condiciones,* daß es zu den Friedensbedingungen gehören würde, daß er ausgeliefert werde.

iam et virtutem militum et fortunam temptatam; caveat ne illo
2 cunctante Numidae sibi consulant. his atque talibus aliis ad
3 deditionem regis animum impellit. mittuntur ad imperatorem
legati, qui Iugurtham imperata facturum dicerent ac sine ulla
4 pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus
propere cunctos senatorii ordinis ex hibernis accersi iubet, eorum
5 et aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. ita more
maiorum ex consili decreto per legatos Iugurthae imperat argenti
pondo ducenta milia, elephantos omnis, equorum et armorum ali-
6 quantum. quae postquam sine mora facta sunt, iubet omnis per-
7 fugas vinctos adduci. eorum magna pars, uti iussum erat, adducti,
pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum in Mau-
8 retaniam abierant. igitur Iugurtha, ubi armis virisque et pecunia
spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus
coepit flectere animum suum et ex mala conscientia digna timere.
9 denique multis diebus per dubitationem consumptis, cum modo
taedio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret, interdum
secum ipse reputaret quam gravis casus in servitium ex regno
foret, multis magnisque praesidiis nequiquam perditis de integro
10 bellum sumit. et Romae senatus de provinciis consultus Numi-
diam Metello decreverat.

63 Per idem tempus Uticae forte C. Mario per hostias dis

---

62. 3. *in fidem se tradere,* ſich freiwillig unterwerfen. Die Geſandten bieten die freiwillige Unterwerfung an, daher das Präſens *tradere.* Auf dieſelbe, wenn ſie angenommen wird, folgen die weitern Befehle, daher *facturum.*

5. *more maiorum,* zu *ex consili decreto.* Nach altem Brauch mußte über alle wichtigeren Dinge die Anſicht des Kriegsrats eingeholt werden.

8. *igitur,* ſo nun; daran ſchließt ſich erläuternd *ubi* — *spoliatus est.* — *cum* — *vocaretur,* als er dazu noch ſelbſt berufen wurde. — *ad imperandum,* wo ihm die weitern Befehle zugehen ſollten.

9. *casus in servitium,* der Sturz in die Knechtſchaft aus der Herrſchaft. — *multis magnisque praesidiis* — *perditis,* nachdem er die vielen groſsen Mittel (vgl. 5. 6.) verloren hatte, nahm er gleichwohl den Krieg wieder auf.

10. *et,* andererſeits. — *decreverat,* für ein zweites Jahr (108).

63.—65. Marius verlangt Entlaſſung behufs der Bewerbung um das Konſulat. Geheime Anzettelungen gegen Metellus.

63. 1. *per idem tempus,* im Verlauf der nämlichen Zeit, in welcher mit Iugurtha unterhandelt wurde. Der Zeitpunkt des Vorkommniſſes ſelbſt iſt nicht genauer beſtimmt. — *Uticae,* der Hauptſtadt der Provinz, nach der Zerſtörung Karthagos. — *per hostias,*

supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat:
proinde quae animo agitabat fretus dis ageret, fortunam quam
saepissume experiretur, cuncta prospere eventura. at illum iam 2
antea consulatus ingens cupido exagitabat, ad quem capiundum
praeter vetustatem familiae alia omnia abunde erant, industria pro-
bitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus,
lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus.

Sed is natus et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum 3
aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciundis, non Graeca facun-
dia neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas
integrum ingenium brevi adolevit. ergo ubi primum tribunatum 4
militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile
notus per omnis tribus declaratur. deinde ab eo magistratu alium 5
post alium sibi peperit semperque in potestatibus eo modo agi-
tabat, ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. tamen is ad 6
id locorum talis vir — nam postea ambitione praeceps datus est —

---

zu *portendi.* — *agitabat,* über den Indikativ vgl. 38. 9.

2. *iam antea — exagitabat.* Das Imperfekt bei *iam antea* hebt die Fortdauer der früher ſchon eingetretenen Begierde hervor. — *ad quem capiundum,* das zu erreichen. — *praeter vetustatem familiae,* nur das Alter eines adeligen Geſchlechtes fehlte ihm. Alle andern Vorzüge hatte er reichlich. Er mußte daher als homo novus ſich bewerben. — *industria,* raſtloſe Thätigkeit, *probitas,* Ehrlichkeit. — *belli,* neben *domi:* im Kriege. — *animus ingens,* nach dem Höchſten ſtrebend, *modicus,* Maß haltend.

3. *sed,* bricht die Schilderung der für das politiſche Leben weſentlichen Eigenſchaften ab, um zur Erzählung ſeiner Jugend zurückzugreifen. — *altus,* aufgewachſen. — *ubi — patiens fuit,* ſobald er fähig war zum. — *stipendiis faciundis,* dadurch, daß er Feldzüge mitmachte. Den erſten Heeresdienſt leiſtete er im numantiniſchen Krieg. — *facundia,* Gewandtheit im Reden. — *urbanis munditiis,* in den ſtädtiſchen Feinheiten des Luxus. — *integrum ingenium,* die durch nichts verdorbene Natur, *adolevit,* wuchs kräftig heran, *inter bonas artes,* in der Übung guter Eigenſchaften.

4. *ergo,* alſo, = ſo konnte es nicht anders ſein. — *a populo petit.* Ein Teil der Kriegstribunen wurde vom Volk in den Komitien erwählt, der andere von dem Feldherrn ernannt. — *plerisque faciem ignorantibus,* obgleich ſie ihn von Perſon nicht kannten, ſo war er doch leicht bekannt geworden (durch ſeine tüchtige Haltung).

5. *in potestatibus,* in Ausübung der Amtsgewalt. — *eo modo agitabat,* war in der Art thätig. — *ampliore,* nämlich *potestate.*

6. *ad id locorum,* bis dahin, wo er im Heere des Metellus in Afrika diente. — *talis vir,* ein Mann von ſo

consulatum appetere non audebat. etiam tum alios magistratus
7 plebs, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. novus
nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, quin is indignus
64 illo honore et quasi pollutus haberetur. igitur ubi Marius haru-
spicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur,
ab Metello petundi gratia missionem rogat. cui, quamquam virtus
gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat con-
2 temptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. itaque
primum commotus insolita re mirari eius consilium et quasi per
amicitiam monere ne tam prava inciperet neu super fortunam
animum gereret: non omnia omnibus cupiunda esse, debere illi
res suas satis placere; postremo caveret id petere a populo Ro-
3 mano, quod illi iure negaretur. postquam haec atque alia talia
dixit neque animus Mari flectitur, respondit, ubi primum potuisset
4 per negotia publica, facturum sese quae peteret. ac postea sae-
pius eadem postulanti fertur dixisse ne festinaret abire: satis
mature illum cum filio suo consulatum petiturum. is eo tempore
contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter viginti.
quae res Marium cum pro honore quem affectabat tum contra
5 Metellum vehementer accenderat. ita cupidine atque ira pessumis
consultoribus grassari, neque facto ullo neque dicto abstinere, quod
modo ambitiosum foret, milites quibus in hibernis praeerat laxiore

---

vortrefflichen Eigenſchaften. — *consulatum appetere,* nach dem Konsulat trachten, ſeinen Sinn darauf richten, *petere,* förmlich ſich darum bewerben. — *inter se per manus,* unter ſich von Hand zu Hand.

64. 1. *missionem,* Entlaſſung aus ſeinem Dienſtverhältnis, *commeatus,* Urlaub. — *alia optanda bonis,* anderes, was brave Menſchen wünſchenswert finden. — *superare,* intranſitiv, reichlich vorhanden ſein. — *contemptor animus,* Geringſchätzung.

2. *commotus,* überraſcht. — *quasi per amicitiam,* wie aus Freundſchaft. — *tam prava,* ſo Verkehrtes. — *super fortunam animum gerere,* über den Stand (in welchem man geboren iſt) hinausſtreben. — *debere — placere,* er müſſe mit ſeinen Verhältniſſen zufrieden ſein. — *iure,* vgl. 63. 6.

3. *ubi primum potuisset per negotia publica,* ſobald es ihm vermöge des Dienſtes möglich ſei, ſobald es das Intereſſe des Dienſtes geſtatte.

4. *satis mature,* noch frühe genug = er könne noch lange warten, bis ihm die Bewerbung um das Konſulat gelinge. — *quae res,* aber dieſe Behandlung.

5. *consultoribus,* Berater. — *grassari,* Intenſivum von *gradior,* vorgehen; Gegenſatz von *abstinere,* von etwas in Wort und That zurückhalten. — *ambitiosum,* der Bewerbung

imperio quam antea habere, apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul et magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum; ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et regiae superbiae imperio nimis gauderet. quae 6
omnia illis eo firmiora videbantur, quia diuturnitate belli res familiaris corruperant et animo cupienti nihil satis festinatur.
erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam nomine Gauda 65
Mastanabalis filius Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus et ob eam causam mente paululum imminuta. cui Metellus petenti more regum ut 2
sellam iuxta poneret, item postea custodiae causa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum more foret, quos populus Romanus reges appellavisset, praesidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidae traderentur. hunc Marius anxium aggreditur atque hortatur ut 3
contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio poenas petat; hominem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Masinissae nepotem esse; si Iugurtha captus aut occisus foret, imperium Numidiae sine mora habiturum; id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id

---

vermittelſt der Gunſt dienlich. — *criminose,* inbezug auf Metellus: mit Anſchuldigungen; *magnifice,* inbezug auf ſich: großthueriſch. — *trahi,* die Verſchleppung geſchehe abſichtlich vom Feldherrn. — *homo inanis et regiae superbiae,* ein leerer Kopf und von einem Königſtolz aufgeblähter Mann. Vgl. 31. 26.

6. *quia corruperat*, weil ſie Einbuße an ihrem Vermögen erlitten hatten. Die Handelsgeſchäfte der *negotiatores* erleiden durch den Krieg Schaden. — *animo cupienti,* wenn man etwas (hier die Beendigung des Kriegs) wünſcht.

65. 1. *praeterea,* reiht an die ſchon erwähnten Umtriebe einen weitern an, zu welchem die Anweſenheit des Numiders Gauda benützt wurde. — *Mastanabalis filius,* vgl. 5. 6. — *secundum heredem,* d. i. nach Hiempſal, Adherbal und Iugurtha, wenn dieſe nicht zur Erbſchaft gelangten.

2. *iuxta,* neben dem des Feldherrn, = daß er ſeinen Platz neben dem Feldherrn habe. — *custodiae causa,* als Ehrenwache. — *in eos,* nämlich die *equites Romanos.*

3. *anxium,* beunruhigt und verletzt durch die Verweigerung. — *in imperatorem,* ſtatt des gewöhnlichen *poenas petere ab.* — *cum suo auxilio,* unter ſeiner Beihilfe. — *secunda (sequi)* ſich anſchmiegend, wohlgefällig. — *id adeo.* Im Anſchluß an ein Pronomen, Adjektiv, Adverb oder Zahlwort hebt

4 bellum missus foret. itaque et illum et equites Romanos milites et negotiatores, alios ipse plerosque pacis spes impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium
5 imperatorem poscant. sic illi multis a mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur. simul ea tempestate plebs, nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat. ita Mario cuncta procedere.

66 Interim Iugurtha postquam omissa deditione bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum, civitatis quae ab se defecerant formidine aut ostentando praemia affectare, communire suos locos, arma tela aliaque, quae spe pacis amiserat, reficere aut commercari, servitia Romanorum allicere et eos ipsos, qui in praesidiis erant, pecunia temptare: prorsus nihil
2 intactum neque quietum pati, cuncta agitare. igitur Vagenses, quo Metellus initio Iugurtha pacificante praesidium imposuerat, fatigati regis suppliciis neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se coniurant; nam volgus, uti plerumque solet et maxume Numidarum, ingenio mobili seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio advorsum. dein

---

adeo das vorangehende Wort ſcharf hervor. „So weit ſei es gekommen, daß das bald eintreffen könne" = ja, dies könne bald eintreffen.

4. *milites et negotiatores,* ſowohl die, welche im Heere dienten, als die, welche als Geſchäftsleute in der Provinz wohnten.

5. *aspere in Metellum,* mit harten Beſchwerden gegen Metellus. — *honestissuma suffragatione,* mit äußerſt ehrenvoller Empfehlung. — *nobilitate fusa,* während der Adel infolge der lex Mamilia (vgl. 40. 1) darniederlag. — *novos,* vgl. 63. 6.

66. 69. Erneuerung des Kriegs durch Iugurtha. Erhebung und Züchtigung der Stadt Vaga.

66. 1. *omissa deditione,* von der Unterwerfung abſtehend. Vgl. 62. 9. — *civitates,* die Städte, Bürgerſchaften. — *ab se defecerant,* wie 61. 1. *ad se defecerant.* — *affectare,* an ſich, auf ſeine Seite bringen. — *suos locos,* vgl. 61. 1. *locos,* alle einzelnen Plätze. — *communire,* wie *commercari,* hebt hervor, wie er allſeitig verſchanzte, einkaufte. — *quae spe pacis amiserat,* vgl. 62. 3. ff. — *in praesidiis,* in den Garniſonen.

2. *Vagenses, quo,* die Bewohner von Vaga, wohin. — *quo imposuerat,* vgl. 61. 2. — *neque antea,* und auch ſchon vorher nicht. — *voluntate,* in ihrer Geſinnung. — *principes civitatis,* einſchränkende Appoſition zu *Vagenses,* im Gegenſatz zu *volgus:* „nämlich die Vornehmen aus der Bürgerſchaft". — *et maxume Numidarum,* und beſonders das der Numider. — *ingenio,* Natur, Art. — *seditiosum atque discordiosum,* gerne zu Aufſtänden und Spaltungen bereit. —

compositis inter se rebus in diem tertium constituunt, quod is
festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis
quam formidinem ostentabat. sed ubi tempus fuit, centuriones 3
tribunosque militaris et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium
Silanum alius alium domos suas invitant. eos omnis praeter
Turpilium inter epulas obtruncant. postea milites palantis inermes,
quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. idem plebes 4
facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati,
quis acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novae
satis placebant. Romani milites, improviso metu incerti ignarique 67
quid potissumum facerent, trepidare. arcem oppidi, ubi signa
et scuta erant, praesidium hostium, portae ante clausae fugam
prohibebant. ad hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum
saxa et alia quae locus praebebat certatim mittere. ita neque 2
caveri anceps malum neque a fortissumis infirmissumo generi
resisti posse: iuxta boni malique strenui et imbelles inulti obtruncari.
in ea tanta asperitate saevissumis Numidis et oppido 3
undique clauso Turpilius praefectus unus ex omnibus Italicis
intactus profugit. id misericordiane hospitis an pactione aut casu
ita evenerit parum comperimus: nisi, quia illi in tanto malo turpis
vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur.

---

constituunt, ſie ſetzen den Anſchlag feſt. — *formido*, die durch einen plötzlichen Zwiſchenfall veranlaßte Furcht, welche augenblicklich die Beſinnung zum Handeln raubt. — *ostentabat*, in Ausſicht ſtellte, erwarten ließ. — *in tali die*, hebt wie in *tempore*, nicht die Beſtimmung der Zeit, ſondern der Verhältniſſe hervor.

4. *idem*, das nämliche, wie die, welche die Römer zu Gaſte geladen hatten. — *studio incitati*, aus Neigung, erläutert durch *quis* — *satis placebant*. — *consilium*, die Abſicht der *acta*.

67. 1. *improviso metu*, infolge der unerwarteten Beängſtigung. — *trepidare*, ängſtlich hin- und herlaufen. — *arcem* = den Zugang zur Burg. — *pro tectis*, vorn auf den Dächern. — *certatim*, wie um die Wette.

2. *anceps malum*, die Abwehr ſeitens der Männer und der Verſchluß der Thore, daneben der Angriff der Weiber und Kinder.— *iuxta*, in gleicher Weiſe. Ähnlich im Volksmund: „es hat neben einander feil“. — *boni malique strenui et imbelles*, die guten und ſchlechten Soldaten, die rührigen und feigen.

3. *in ea tanta asperitate*, in dieſer ſo ſchweren Lage. — *pactione*, durch eine Abmachung. — *aut casu*, bildet mit *pactione*, den Gegenſatz zu *misericordia*. Der erſte Frageteil iſt „Mitleid“, der zweite „Abmachung oder Zufall.“ *aut* oder auch. — *nisi*, vgl. 24. 5. — *intestabilis* iſt, wer

68 Metellus, postquam de rebus Vagae actis comperit, paulis-
per maestus ex conspectu abit. deinde ubi ira et aegritudo
permixta sunt, cum maxuma cura ultum ire iniurias festinat.
2 legionem, cum qua hiemabat, et quam plurumos potest Numidas
equites pariter cum occasu solis expeditos educit et postero die
circiter hora tertia pervenit in quandam planitiem locis paulo su-
3 perioribus circumventam. ibi milites fessos itineris magnitudine et
iam abnuentis omnia docet oppidum Vagam non amplius mille
passuum abesse: decere illos reliquum laborem aequo animo pati,
dum pro civibus suis viris fortissumis atque miserrumis poenas
4 caperent. praeterea praedam benigne ostentat. sic animis eorum
arrectis, equites in primo late, pedites quam artissume ire et
69 signa occultare iubet. Vagenses ubi animum advortere ad se
vorsum exercitum pergere, primo, uti erat res, Metellum esse rati,
portas clausere; deinde ubi neque agros vastari et eos, qui primi
aderant, Numidas equites vident, rursum Iugurtham arbitrati cum
2 magno gaudio obvii procedunt. equites peditesque repente signo
dato alii volgum effusum oppido caedere, alii ad portas festinare,
pars turris capere: ira atque praedae spes amplius quam lassitudo
3 posse. ita Vagenses biduum modo ex perfidia laetati. civitas
4 magna et opulens cuncta poenae aut praedae fuit. Turpilius,

---

weder ein Teſtament machen, noch als Zeuge zu irgend einer gerichtlichen Handlung zugezogen werden darf, dann = mit Schande beladen. *improbus intestabilisque,* ein ſchlechter und ſchimpflicher Menſch.

68. 1. *paulisper,* zu *ex conspectu abit.* — *ex conspectu abit,* er zieht ſich zuzück. *ira et aegritudo permixta sunt,* der Zorn miſchte ſich in den Schmerz.

2. *expeditos,* fertig zum Kampf. — *locis paulo superioribus,* von mäßigen Anhöhen.

3. *fessos et abnuentis,* die ermüdeten Soldaten, die alles weitere verweigerten. — *mille passuum.* Der Singular *mille* wird hin und wieder mit dem Gen. plur. verbunden. 1000 römiſche Schritte ungefähr 1½ Kilometer. — *dum — caperent,* wenn ſie nur Rache nähmen = da es ja gelte, Rache zu nehmen. — *benigne ostentat,* ſtellt reichlich in Ausſicht.

4. *arrectis,* nachdem er ſo wieder aufgerichtet hatte. — *in primo,* an der Spitze des Zuges. — *late,* wie unſere Tirailleurslinien.

69. 1. *uti erat res,* wie es Thatſache war. — *rursum (re — vorsum),* ſie änderten wieder ihre Anſicht und glaubten = dann glaubten ſie wieder.

2. *oppido* zu *effusum.* — *amplius posse,* waren ſtärker.

3. *ex perfidia laetati,* ſie freuten ſich infolge, d. i. an den Folgen ihrer Treuloſigkeit = ſie hatten die Freude von ihrer Treuloſigkeit. — *opulens,*

quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, iussus a Metello causam dicere postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque capite poenas solvit; nam is civis ex Latio erat.

Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha dedi- 70
tionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi et ipse
eum suspiciens novas res cupere, ad perniciem eius dolum quae-
rere, die noctuque fatigare animum; denique omnia temptando 2
socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem magnis opibus
clarum acceptumque popularibus suis, qui plerumque seorsum
ab rege exercitum ductare et omnis res exsequi solitus erat,
quae Iugurthae fesso aut maioribus adstricto superaverant: ex
quo illi gloria opesque inventae. igitur utriusque consilio dies 3
insidiis statuitur; cetera, uti res posceret, ex tempore parari
placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna 4
Romanorum iussus habebat, ne ager inultis hostibus vastaretur.
is postquam magnitudine facinoris perculsus ad tempus non venit 5
metusque rem impediebat, Bomilcar simul cupidus incepta patrandi

---

neben *opulentus*, daher *opulenter*. — *civitas magna et opulens*, die große, reiche Bürgerſchaft, *poenae aut praedae fuit*, verfiel dem Tode oder der Beute, d. i. was dem Tode entging, wurde als Sklave verkauft.

4. *causam dicere*, ſich verteidigen, ſich rechtfertigen. — *parum*, nicht genügend. — *civis ex Latio*, vgl. 39. 2. Gegen römiſche Vollbürger durfte dieſe Strafe ohne Berufung an das Volk nicht vollzogen werden.

70.—72. Der vereitelte Anſchlag Bomilkars gegen Iugurtha.

70. 1. *per idem tempus*, vgl. 63. 1. — *cuius impulsu*, vgl. 62. — *quam deseruit*, die er aufgab. — *metu*, vgl. 62. 9: *quam gravis — foret*. — *suspiciens*, von unten hinaufſchauend an einem, d. i. mit verdächtigen Augen einen anſchauend, daher das paſſive *suspectus*, verdächtig angeſchaut = verdächtig. — *fatigare animum*, ſich keine Ruhe laſſen, um das Mittel zum Verderben zu finden.

2. *omnia temptando*, dadurch, daß er alles mögliche verſuchte, durch alle möglichen Verſuchungen. — *seorsum ab rege*, getrennt vom König = mit ſelbſtändigem Kommando. — *superaverant*, übrig geblieben waren. — *maioribus adstricto*, durch Wichtigeres in Anſpruch genommen. — *ex quo — inventae*, daraus gewann er ſich.

3. *cetera*, was außer der Feſtſetzung des Zeitpunktes zu thun war. — *ex tempore*, nach den Umſtänden. — *parare*, fertig machen.

4. *inter hiberna*, mitten im Bereiche der römiſchen Winterquartiere, der Standorte für die einzelnen römiſchen Truppenabteilungen. Vgl. 61. 1.

5. *impediebat*, neben *venit* mit *postquam* verbunden. Vgl. 13. 5. — *rem*,

et timore soci anxius, ne omisso vetere consilio novum quaereret, litteras ad eum per homines fidelis mittit, in quis mollitiam socordiamque viri accusare, testari deos, per quos iuravisset, monere ne praemia Metelli in pestem convorteret. Iugurthae exitium adesse, ceterum suane an Metelli virtute periret, id modo agitari; proinde reputaret cum animo suo praemia an cru-
71 ciatum mallet. sed cum eae litterae allatae, forte Nabdalsa exer-
2 cito corpore fessus in lecto quiescebat, ubi cognitis Bomilcaris verbis primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit.
3 erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque et
4 omnium consiliorum nisi novissumi particeps. qui postquam allatas litteras audivit et ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse in tabernaculum introiit, dormiente illo epistulam super caput in pulvino temere positam sumit ac perlegit, dein propere
5 cognitis insidiis ad regem pergit. Nabdalsa paulo post experrectus ubi neque epistulam repperit et rem omnem uti acta erat cognovit, primo indicem persequi conatus, postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit: dicit quae ipse paravisset facere perfidia clientis sui praeventa; lacrumans obtestatur per amicitiam perque sua antea fideliter acta, ne super

---

Ausführung. — *metus*, des Nabdalſa. *metus*, die Scheu, vorzugehen, entſtanden aus der Vorſtellung der Größe der Unthat. — *timore soci*, durch die Furcht vor dem Genoſſen wurde er beunruhigt, ängſtlich, wird genauer beſtimmt durch *ne — quaereret.* Bei Nabdalſa war es Scheu, eine Unthat zu begehen, bei Bomilkar Furcht vor der Entſchließung Nabdalſas, die ihm ſelbſt Verderben bringen konnte. — *in quis*, unterſchieden von *quis:* in welchem er unter anderm, in welchem er hauptſächlich. — *mollitiam*, Schwäche. *socordiam,* Läſſigkeit. — *accusare*, klagen über. — *praemio Metelli*, vgl. 61. 4. 5. — *ne in pestem convorteret.* Dadurch, daß er auf die von Metellus in Ausſicht geſtellten Belohnungen einging, aber auf halbem Wege zurückhielt, konnte die ganze Sache verderblich werden. — *Iugurthae adesse*, dem Iugurtha ſei nahe. — *suane,* nämlich des Bomilkar und Nabdalſa.

71. 1. *cum — allatae (sunt),* in dem Augenblick wo. — *exercito corpore,* durch körperliche Anſtrengung.

2. *cura,* Unruhe, Beunruhigung. — *solet*, nämlich *capere.* — *aegrum,* durch die *cura,* angegriffen, erſchöpft.

3. *negotiorum curator*, welcher ſeine (häuslichen) Geſchäfte beſorgte; „in Dienſt". — *particeps,* eingeweiht.

4. *opera,* thätliche Hilfe, *ingenium,* Kopf. — *temere,* unvorſichtig.

5. *quae — paravisset facere,* was er zu thun vorgehabt hätte, nämlich die Anzeige. — *super,* ſelten ſtatt *de.*

tali scelere suspectum sese haberet. ad ea rex aliter atque 72
animo gerebat placide respondit. Bomilcare aliisque multis, quos
socios insidiarum cognoverat, interfectis iram oppresserat, ne qua
ex eo negotio seditio oreretur. neque post id locorum Iugurthae 2
dies aut nox ulla quieta fuit; neque loco neque mortali cuiquam
aut tempori satis credere, civis hostisque iuxta metuere, circum-
spectare omnia et omni strepitu pavescere, alio atque alio loco
saepe contra decus regium noctu requiescere, interdum somno
excitus arreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi vecor-
dia exagitari.

Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto 73
ex perfugis cognovit, rursus tamquam ad integrum bellum cuncta
parat festinatque. Marium fatigantem de profectione, simul et 2
invitum et offensum sibi parum idoneum ratus domum dimittit.
et Romae plebes litteris, quae de Metello ac Mario missae erant, 3
cognitis volenti animo de ambobus acceperant. imperatori nobi- 4
litas, quae antea decori fuit, invidiae esse, at illi alteri generis
humilitas favorem addiderat. ceterum in utroque magis studia par-
tium quam bona aut mala sua moderata. praeterea seditiosi magi- 5
stratus volgum exagitare, Metellum omnibus contionibus capitis

---

72. 1. *atque animo gerebat*, als er innerlich geſtimmt war. — *negotio,* Sache, Vorfall.

2. *post id locorum*, von da ab. Vgl. 63. 6. — *contra decus regium,* vgl. 33. 1. — *tumultum facere,* Lärm ſchlagen. — *formidine,* vgl. 66. 2. — *vecordia,* Wahnſinn.

73.—83. Zweiter Feldzug des Metellus.

73. Marius wird nach Rom entlaſſen und zum Konſul gewählt.

1. *ubi cognovit de,* als er Kunde erhalten hatte von.

2. *simul* zu *ratus.* — *et invitum et offensum sibi,* nicht nur widerwillig, ſondern auch verbittert auf ihn. — *parum idoneum,* gar nichts nütze.

3. *litteris cognitis,* nachdem man Kenntnis von den Briefen erhalten hatte. — *volenti animo acceperant,* das Volk war mit den Mitteilungen, die man erhalten hatte, einverſtanden, die Mitteilungen, die man über beide Männer erhalten hatte, waren dem Volk nach Wunſch. — *sua,* inbezug auf *in utroque.* Das Possess. reflexivum ſteht inbezug auf einen casus obliquus, um etwas zum Weſen Gehöriges, etwas Unabänderliches hervorzuheben. — *moderari,* ein Maß feſtſetzen, maßgebend ſein. Der ganze Satz bezieht ſich auf die Beurteilung, die beide Männer bei der plebs erfuhren.

5. *praeterea,* dazu noch. — *seditiosi magistratus,* Volkstribunen. — *exagitare,* aufhetzen. — *capitis ar-*

6 arcessere, Mari virtutem in maius celebrare. denique plebes
sic accensa, uti opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque
in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent Marium et
7 sua necessaria post illius honorem ducerent. ita perculsa nobili-
tate post multas tempestates novo homini consulatus mandatur.
et postea populus a tribuno plebis T. Manlio Mancino rogatus
quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit.
sed paulo ante senatus Numidiam Metello decreverat: ea res
frustra fuit.

74 Eodem tempore Iugurtha amissis amicis, quorum plerosque
ipse necaverat, ceteri formidine pars ad Romanos alii ad regem
Bocchum profugerant, cum neque bellum geri sine administris
posset et novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri peri-
culosum duceret, varius incertusque agitabat. neque illi res
neque consilium aut quisquam hominum satis placebat. itinera
praefectosque in dies mutare, modo advorsum hostis, interdum in
solitudines pergere, saepe in fuga ac post paulo in armis spem
habere, dubitare virtuti an fide popularium minus crederet: ita
2 quocumque intenderat res advorsae erant. sed inter eas moras
repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Iugurtha

---

ceſſere, hier: wie einen Verbrecher anklagen, der den Tod verdient hat. — *in maius celebrare*, über Gebühr verherrlichen.

6. *fides*, Vertrauen ſeitens der Gläubiger, daher *res fidesque*, Habe und Kredit. — *relictis operibus*, obgleich auf ihrer Hände Arbeit ihre ganze Exiſtenz beruhte, verließen ſie doch die Arbeit und liefen dem Marius nach *(frequentare)*.

7. *ita*, durch dieſe Vorgänge. — *vellet*, ſonſt auch *vellet iuberet*, worin die Machtvollkommenheit des Volks ausgedrückt war. Vgl. 32 5. — *frustra*. Nach dem Geſetz kam dem Senat die Beſtimmung der Provinzen zu.

74.—77. Sieg des Metellus über Iugurtha; Eroberung von Thala.

74. 1. *eodem tempore*, während der c. 70—73 erzählten Vorgänge. — *varius incertusque*, in ſeinen Entſchließungen wechſelnd und unſicher. — *agitabat*, das verſtärkte *agebat*, ohne Objekt: trieb ſich umher, lebte von einem Tag in den andern hinein. — *res*, die wirkliche Lage, *consilium*, ein Plan, Entſchluß ſeinerſeits, *aut*, oder auch. Der zweite Teil der Disjunktion *neque* iſt zweigliedrig und durch *aut* verbunden. — *in dies*, alltäglich. — *ita*, durch den fortgeſetzten, planloſen Wechſel. — *quocumque intenderat*, wohin immer er gezielt hatte.

2. *pro tempore*, wie es die Kürze der Zeit (vgl. *repente)* erlaubte. —

pro tempore parati instructique, dein proelium incipitur. qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum, ceteri eius omnes milites primo congressu pulsi fugatique. Romani signorum 3
et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti: nam ferme Numidas in omnibus proeliis magis pedes quam arma tuta sunt.

Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens cum 75
perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum atque opulentum, ubi plerique thesauri filiorumque eius multus pueritiae cultus erat. quae postquam Metello 2
comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proxumum in spatio milium quinquaginta loca arida atque vasta esse cognoverat, tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnis asperitates supervadere ac naturam etiam vincere aggreditur. igitur omnia iumenta sarcinis levari iubet nisi frumento dierum 3
decem, ceterum utris modo et alia aquae idonea portari. praeterea 4
conquirit ex agris quam plurumum potest domiti pecoris eoque imponit vasa cuiusque modi, sed pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. ad hoc finitumis imperat, qui se post regis 5
fugam Metello dederant, quam plurumum quisque aquae portaret, diem locumque, ubi praesto fuerit, praedicit, ipse ex flu- 6
mine, quam proxumam oppido aquam esse supra diximus, iumenta onerat: eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. deinde ubi 7
ad id loci ventum, quod Numidis praeceperat, et castra posita munitaque sunt, tanta repente caelo missa vis aquae dicitur, ut

---

parati, fertig, d. i. kampffertig gemacht.

3. *aliquanto numero potiti sunt*, sie gewannen, eroberten, — *hostium paucorum potiti sunt*, sie bekamen nur — in ihre Gewalt. — *tuta*, sicher = Sicherheit, Schutz gewährend.

75. 1. *ea fuga*, infolge dieser Flucht. *impensius modo*, nur noch mehr. Vgl. 47. 3. — *multus pueritiae cultus*, reicher Vorrat an allem, was für die Pflege der Jugend nötig war. *pueritiae* ist Genet. obiect. zu *cultus*, *puerorum* ist Genet. obiect. zu *multus pueritiae cultus*, „für die Prinzen“.

2. *in spatio*, in einem Raum = auf eine Entfernung von. — *milium quinquaginta* = ungefähr 75 Kilom. = 16 Wegstunden. — *loca arida atque vasta*, ausgebrannte und wüste Strecken. — *asperitates supervadere*, über die Schwierigkeiten der Gegend hinwegschreiten.

3. *ceterum*, außer dem Mundvorrat für zehn Tage.

5. *fuerit*, zum Subjekt *quisque*, das Perf. coniunct. statt des Fut. exact. coniunct. und dies als Verschärfung des Futurum.

7. *ad id loci — quod praeceperat*,

8 ea modo exercitui satis superque foret. praeterea commeatus spe amplior, quia Numidae, sicuti plerique in nova deditione, 9 officia intenderant. ceterum milites religione pluvia magis usi, eaque res multum animis eorum addidit. nam rati sese dis immortalibus curae esse. deinde postero die contra opinionem 10 Iugurthae ad Thalam perveniunt. oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, 76 nihilo segnius bellum parare; idem nostri facere. sed rex nihil iam infectum Metello credens, quippe qui omnia, arma tela locos tempora, denique naturam ipsam ceteris imperitantem industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit neque postea in ullo loco amplius uno die aut una 2 nocte moratus simulabat sese negoti gratia properare. ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat; nam talia consilia per otium et ex opportunitate capi. at Metellus ubi oppidanos proelio intentos, simul oppidum et operibus et 3 loco munitum videt, vallo fossaque moenia circumvenit. deinde duobus iubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere, aggerem iacere et super aggerem impositis turribus opus et admini-

---

an die Stelle, welche er den Numidern voraus bezeichnet hatte. — *ea modo*, ſchon dieſe. — *satis superque*, übergenug.

8. *in nova deditione*, d. i. unmittelbar nach der Unterwerfung. — *officia intenderant*, hatten ſich in der Dienſtleiſtung angeſtrengt.

9. *multum — addidit*, erhöhte ihren Mut ſehr. — *deinde*, von da ab weiter marſchierend.

10. *locorum asperitate*, vgl. § 2. — *perculsi*, obgleich erſchreckt. — *bellum parare*, machen ſich fertig zum Kampf.

76. 1. *infectum*, wie *invictus*, *incorruptus*, was nicht geſchehen iſt und nicht geſchehen kann. — *locos*, die einzelnen ſchwierigen Punkte, die ſich auf ſeinem Vormarſch boten. — *naturam ipsam*, die menſchliche Natur ſelbſt, die bei andern gegenüber ſolchen Schwierigkeiten unterliegt. — *industria*, Unermüdlichkeit. — *simulabat*, vor ſeinen Leuten, um ſeine Furcht nicht zu verraten. — *negoti causa*, wegen des Dranges der Geſchäfte.

2. *ceterum — timebat*, Gegenſatz zu *simulabat*; *ceterum* alſo = in Wirklichkeit. — *talia consilia*, ſolcherlei Anſchläge. — *per otium*, wenn nichts zu thun ſei, *et ex opportunitate*, und wenn dadurch günſtige Gelegenheit dazu gegeben werde. — *proelio intentos*, auf einen Kampf gefaßt.

3. *iubet — agere*. Das Subjekt beim Infinitiv wird, wo es leicht zu ergänzen iſt, bisweilen ausgelaſſen, wie vorher *posse putabat*. — *ex copia*, nach Lage und Beſchaffenheit. — *opus*, die Belagerungsarbeiten, *administros*, die, welche ſie beſorgten.

stros tutari. contra haec oppidani festinare parare: prorsus ab 4
utrisque nihil reliquum fieri. denique Romani multo ante labore 5
proeliisque fatigati, post dies quadraginta quam eo ventum erat,
oppido modo potiti, praeda omnis ab perfugis corrupta. ei post- 6
quam murum arietibus feriri resque suas afflictas vident, aurum
atque argentum et alia quae prima ducuntur domum regiam com-
portant. ibi vino et epulis onerati illaque et domum et semet
igni corrumpunt et, quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas
ipsi volentes pependere.

Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad 77
Metellum venerant orantes uti praesidium praefectumque eo mitte-
ret: Hamilcarem quendam hominem nobilem factiosum novis rebus
studere, advorsum quem neque imperia magistratuum neque leges
valerent. ni id festinaret, in summo periculo suam salutem,
illorum socios fore. nam Leptitani iam inde a principio belli 2
Iugurthini ad Bestiam consulem et postea Romam miserant ami-
citiam societatemque rogatum. deinde ubi ea impetrata, semper 3
boni fidelesque mansere et cuncta a Bestia Albino Metelloque im-
perata nave fecerant. itaque ab imperatore facile quae petebant 4
adepti. emissae eo cohortes Ligurum quattuor et C. Annius prae-
fectus.

Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus pro- 78
fugos ob discordias civilis navibus in eos locos venisse; ceterum
situm inter duas Syrtis, quibus nomen ex re inditum. nam duo 2

Auf den Türmen waren Schützen verteilt, welche mit ihren Geſchoſſen Angriffe auf die Belagerungsarbeiten abwehrten.

4. *festinare,* eilig bei der Hand ſein, *parare,* Vorkehrung treffen.

5. *multo ante — fatigati,* nachdem ſie vorher, d. i. bis zur Einnahme, durch viele Strapazen und Treffen ermüdet worden waren. — *post dies quadraginta*, eine nähere zeitliche Beſtimmung zu *multo — fatigati.* — *oppido modo*, nur die Stadt, keine Beute kam in ihre Hände. — *corrupta,* vernichtet.

6. *afflictas*, verloren. — *prima,* vgl. 41. 1. — *ab hostibus,* zu *metuerant.* — *volentes*, freiwillig, Gegenſatz zu *victi.*

77.—79. Leptis. Die Philäner.

77. 1. *pariter cum* = *una cum.* — *factiosum,* voll Parteiumtrieben. — *id,* eine Beſatzung und Kommandanten der Stadt zu ſchicken. — *illorum,* der Römer.

4. *emissae,* entſendet, aus dem Heere des Metellus.

78. 1. *ex re,* aus der Natur der Sache. Dieſe wird im folgenden erklärt.

sunt sinus prope in extrema Africa impares magnitudine pari
natura. quorum proxuma terrae praealta sunt, cetera uti fors
3 tulit alta, alia in tempestate vadosa. nam ubi mare magnum
esse et saevire ventis coepit, limum harenamque et saxa ingentia
fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur.
4 Syrtes ab tractu nominatae. eius civitatis lingua modo conversa
conubio Numidarum, legum cultusque pleraque Sidonica, quae eo
facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant.
5 inter illos et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

79 Sed quoniam in eas regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur egregium atque mirabile facinus
duorum Carthaginiensium memorare; eam rem nos locus admo-
2 nuit. qua tempestate Carthaginienses pleraque Africa imperita-
3 bant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. ager in
medio harenosus, una specie: neque flumen neque mons erat,
qui finis eorum discerneret. quae res eos in magno diuturnoque
4 bello inter se habuit. postquam utrimque legiones item classes
saepe fusae fugataeque et alteri alteros aliquantum attriverant,
veriti ne mox victos victoresque defessos alius aggrederetur, per
indutias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque
5 populi finis haberetur. igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere. Cyrenenses
6 tardius iere. id socordiane an casu acciderit parum cognovi.
ceterum in illis locis tempestas haud secus atque in mari reti-

2. *in extrema Africa,* nämlich gegen Ägypten hin. — *proxuma terrae,* die dem Feſtland zunächſt gelegenen Teile.

3. *facies locorum,* das Ausſehen dieſer Stellen. — *Syrtes,* von dem griechiſchen *σύρειν* = *trahere.*

4. *modo,* zu *lingua.*

5. *multi vastique loci,* viel Wüſtenland.

79. 1. *quoniam,* weil denn doch einmal. — *per Leptitanorum negotia,* anläßlich der Angelegenheit der Leptitaner.

2. *pleraque Africa.* In Verbindung mit einem Adjektiv ſteht nicht ſelten der Ablativ des Ortes ohne Präpoſition.

3. *una specie,* von einförmigem Ausſehen, wird näher beſtimmt durch *neque — discerneret.* — *qui discerneret,* der bezeichnet hätte, hätte bezeichnen können.

4. *postquam alteri alteros — attriverant,* nachdem ſie einander bedeutend geſchädigt hatten. Vgl. 44. 4. — *per indutias sponsionem faciunt,* ſie ſchließen einen Waffenſtillſtand und treffen das Übereinkommen.

6. *retinere,* aufhalten (ohne Objekt).

nere. nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium ventus coor-
tus harenam humo excitavit, ea magna vi agitata ora oculosque
implere solet, ita prospectu impedito morari iter. postquam 7
Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident et ob rem cor-
ruptam domi poenas metuunt, criminari Carthaginiensis ante tempus
domo digressos, conturbare rem, denique omnia malle quam victi
abire. sed cum Poeni aliam condicionem, tantummodo aequam, 8
peterent, Graeci optionem Carthaginiensium faciunt, ut vel illi,
quos finis populo suo peterent, ibi vivi obruerentur vel eadem
condicione sese quem in locum vellent processuros. Philaeni 9
condicione probata seque vitamque suam rei publicae condona-
vere: ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fra- 10
tribus aras consecravere aliique illis domi honores instituti. nunc
ad rem redeo.

Iugurtha postquam amissa Thala nihil satis firmum contra 80
Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus per-
venit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque et eo
tempore ignarum nominis Romani. eorum multitudinem in unum 2
cogit ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium
observare, item alia militaria facere. praeterea regis Bocchi pro- 3
xumos magnis muneribus et maioribus promissis ad studium sui
perducit, quis adiutoribus regem aggressus impellit uti advorsus
Romanos bellum incipiat. id ea gratia facilius proniusque fuit, 4
quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat foedus
et amicitiam petitum, quam rem opportunissumam incepto bello 5

— *per loca — gignentium,* durch die weite und kahle Ebene. *gignentia,* was aus den Keimen Pflanzen hervorbringt.

7. *aliquanto,* um ein Beträchtliches. — *ob rem corruptam,* weil ſie die Sache verdorben hatten. — *Carthaginienses,* Objektsakkuſativ zu *criminari.* — *conturbare rem,* die Sache ganz in Verwirrung bringen, nämlich durch allerlei Einreden.

8. *condicionem,* Feſtſetzung, Übereinkommen. — *optionem faciunt,* laſſen die Wahl, *faciunt Carthaginiensium,* ſie machen ſie den Karthagern eigen. — *quos fines — ibi,* an der Stelle, wo ſie die Grenze verlangten. — *condonare,* hingeben.

80. 81. Iugurthas Bündnis mit Bocchus.

80. 2. *alia militaria,* anderes Soldatiſches thun, d. i. ſonſt thun, was zum Soldaten gehört.

3. *proxumos,* die zu ſeiner nächſten Umgebung gehörigen. — *studium sui,* vgl. 31. 1., hier Teilnahme, Intereſſe für ſeine Perſon und Sache.

4. *ea gratia,* vgl. 54. 4. — *pronius,* von raſcherem Erfolg.

pauci impediverant caeci avaritia, quis omnia honesta atque inho-
6 nesta vendere mos erat. etiam antea Iugurthae filia Boccho
nupserat. verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis
ducitur, quia singuli pro opibus quisque quam plurumas uxores,
7 denas alii alii pluris habent, sed reges eo amplius. ita animus
multitudine distrahitur: nulla pro socia obtinet, pariter omnes
81 viles sunt. igitur in locum ambobus placitum exercitus conve-
niunt. ibi fide data et accepta Iugurtha Bocchi animum oratione
accendit: *Romanos iniustos, profunda avaritia, communis
omnium hostis esse; eandem illos causam belli cum Boccho
habere, quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperi-
tandi, quis omnia regna advorsa sint. tum sese, paulo ante
Carthaginiensis, item regem Persen, post uti quisque opulen-*
2 *tissumus videatur, ita Romanis hostem fore.* eis atque aliis
talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt, quod ibi Q. Me-
3 tellus praedam captivosque et impedimenta locaverat. ita Iugurtha
ratus aut capta urbe operae pretium fore aut, si dux Romanus
4 auxilio suis venisset, proelio sese certaturos. nam callidus id
modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando
aliud quam bellum mallet.

82 Imperator postquam de regum societate cognovit, non temere
neque, uti saepe iam victo Iugurtha consueverat, omnibus locis
pugnandi copiam facit. ceterum haud procul ab Cirta castris
munitis reges opperitur, melius esse ratus cognitis Mauris quo-
niam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere.

---

6. *ea necessitudo,* eine ſolche (nähere) Verbindung.

7. *animus distrahitur,* die Zuneigung zerſplittert ſich. — *nulla obtinet,* keine behauptet eine Stellung als Lebensgefährtin.

81. 1. *quis,* während ihnen. — *advorsa,* zuwider. Sie gönnen niemand eine Herrſchaft. — *tum sese,* nämlich *esse;* ebenſo *fuisse* zu *paulo ante* zu ergänzen.

2. *eis atque talibus dictis,* nach dieſen und andern derartigen Auslaſſungen.

3. *ita ratus,* er rechnete ſo, daß.

4. *callidus,* als ein Meiſter der Schlauheit. — *id,* Objekt zu *festinabat,* wird durch *imminuere* genauer bezeichnet: er eilte nur das zu erreichen, nämlich dem Frieden, in dem Bocchus noch war, ein Ende zu machen.

82. 83. Metellus zieht nach der Ernennung des Marius den Krieg hin.

82. 1. *uti — consueverat,* weil er bei jedem neuen Zuſammentreffen des Sieges gewiß ſein konnte. — *cognitis, Mauris,* erſt nachdem er etc. — *novus hostis,* als neuer, noch unbe-

interim Roma per litteras certior fit provinciam Numidiam Mario 2 datam; nam consulem factum ante acceperat. quibus rebus supra bonum aut honestum perculsus neque lacrumas tenere neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati. quam rem alii in superbiam vortebant, alii bonum 3 ingenium contumelia accensum esse, multi, quod iam parta victoria ex manibus eriperetur. nobis satis cognitum est illum magis honore Mari quam iniuria sua excruciatum neque tam anxie laturum fuisse, si adempta provincia alii quam Mario traderetur.

83 igitur eo dolore impeditus et quia stultitiae videbatur alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit postulatum, *ne sine causa hostis populo Romano fieret: habere tum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungendae, quae potior bello esset, et quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare. omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desinere; non in eiusdem potestate initium eius et finem esse; incipere cuivis, etiam ignavo licere, deponi, cum victores velint; proinde sibi regnoque suo consuleret, neu florentis res suas cum Iugurthae perditis misceret.* ad ea rex satis 2 placide verba facit: *sese pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum misereri; si eadem illi copia fieret, omnia conventura.* rursus imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit; ille probare 3 partim, alia abnuere. eo modo saepe ab utroque missis remissis-

---

kannter Feind. — *ex commodo,* nach ſeinem Vorteil.

2. *supra bonum aut honestum,* mehr als gut oder (auch nur) geziemend war. — *perculsus,* angegriffen. — *moderari linguam,* ſich in ſeinen Äußerungen mäßigen. — *vir — artibus,* ein in andern Eigenſchaften vortrefflicher Mann ertrug er.

3. *alii,* nämlich *censebant,* ebenſo zu *multi.* — *quod eriperetur,* zu *accensum esse,* wie der Ablat. caus. *contumelia.* — *iniuria sua,* das ihm zugefügte Unrecht. — *tam anxie,* mit ſolcher Beunruhigung. — *si — traderetur,* wenn es ein anderer geweſen wäre, dem übergeben wurde.

83. 1. *eo dolore,* vgl. 80. 4. — *alienam rem curare,* die Sache eines andern beſorgen. — *habere,* nämlich *Bocchum.* — *tum,* jetzt. — *mutare,* eintauſchen. — *ceterum aegerrume desinere,* könne aber mit großem Schmerze enden. — *deponi,* nämlich *bellum.* — *cum perditis rebus,* mit der verlorenen Sache. — *miscere,* in Verbindung bringen.

2. *satis placide,* recht, ganz entgegenkommend. — *copia,* Möglichkeit eines Übereinkommens, Gelegenheit zum Frieden.

3. *contra postulata,* den Forderungen gegenüber. — *intactum,* unberührt, d. i. ohne jede kriegeriſche

que nuntiis tempus procedere et ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.

84 At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare singulos modo modo univorsos laedere; dictitare sese consulatum ex victis illis spolia cepisse, alia praeterea magnifica pro se
2 et illis dolentia. interim quae bello opus erant prima habere; postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociis arcessere, praeterea ex Latio fortissumum quemque, plerosque militiae paucos fama cognitos accire et ambiundo cogere
3 homines emeritis stipendiis secum proficisci. neque illi senatus, quamquam advorsus erat, de ullo negotio abnuere audebat. ceterum supplementum etiam laetus decreverat, quia neque plebi militia volenti putabatur et Marius aut belli usum aut studia volgi amissurus. sed ea res frustra sperata: tanta lubido cum Mario
4 eundi plerosque invaserat. sese quisque praeda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia huiuscemodi animis trahebant et eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. nam postquam omnibus quae postulaverat decretis milites scribere volt, hortandi

---

That = ohne jedes weitere Vorgehen.

84. 85. Marius' Vorbereitungen in Rom und Rede an das Volk.

84. 1. *cupientissuma plebe,* unter dem lebhafteſten Ausdruck der Zuneigung der Maſſe. — *populus,* neben *plebs,* das zur Ausübung der ſtaatlichen Rechte (der Wahlen) berechtigte und berufene Volk; dagegen iſt *plebs* Parteibezeichnung, gegenüber der *nobilitas.* — *tum vero,* jetzt erſt recht, nachdem er in Beſitz einer öffentlichen Gewalt gekommen war. — *multus,* d. i. wo immer ſich Gelegenheit bot. Dabei ließ er es an Heftigkeit *(ferox)* nicht fehlen. — *magnifica pro se,* führte noch anderes häufig im Munde *(dictitare),* was glänzend war für ſeine Perſon, zur Hervorhebung ſeiner Perſon, kränkend für den Adel.

2. *prima habere,* ging bei ihm allein voran. — *plerosque militiae — cognitos,* die er zumeiſt ſelbſt im Felde, zum geringeren Teile nur durch Hörenſagen kennen gelernt hatte. — *militiae,* gewöhnlich in der Verbindung mit *domi.* — *ambire,* bei den einzelnen herumgehen, um ſie zu gewinnen. — *cogere,* hier: keine Ruhe laſſen. — *homines emeritis stipendiis* (Eigenſchaftsablativ) hießen *evocati,* wenn ſie nochmals freiwillig mit ins Feld zogen.

3. *plebi volenti esse,* der Maſſe nach dem Willen ſein. — *belli usum,* das für den Krieg Nötige, hier zunächſt an Mannſchaft.

4. *animis trahebant,* trugen in ſich herum, hin und her, hebt mehr als *agitare* die Unruhe hervor.

causa, simul et nobilitatem uti consueverat exagitandi, contionem
populi advocavit. deinde hoc modo disseruit.
'Scio ego, Quirites, plerosque non eisdem artibus imperium 85
a vobis petere et postquam adepti sunt gerere: primo indu-
strios supplices modicos esse, dein per ignaviam et superbiam
aetatem agere. sed mihi contra ea videtur. nam quo pluris 2
est univorsa res publica quam consulatus aut praetura, eo
maiore cura illam administrari quam haec peti debere. neque 3
me fallit quantum cum maxumo beneficio vostro negoti susti-
neam. bellum parare simul et aerario parcere, cogere ad mili-
tiam eos quos nolis offendere, domi forisque omnia curare et
ea agere inter invidos occursantis factiosos, opinione, Quirites,
asperius est. ad hoc alii si deliquere, vetus nobilitas, maiorum 4
fortia facta, cognatorum et affinium opes, multae clientelae,
omnia haec praesidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitae,
quas necesse est virtute et innocentia tutari. nam alia infirma
sunt. et illud intellego, Quirites, omnium ora in me convorsa 5
esse, aequos bonosque favere, quippe mea bene facta rei publicae
procedunt, nobilitatem locum invadendi quaerere. quo mihi 6
acrius adnitundum est uti neque vos capiamini et illi frustra

---

5. *exagitare,* beunruhigen.

85. 2. *contra ea,* was dieſem entgegen iſt, das Gegenteil. — *videtur,* ſcheint richtig. — *nam — debere,* denn, je ... mit um ſo größerer Sorgfalt, ſo ſcheint es, müſſe etc.

3. *quantum cum maxumo beneficio vestro negoti sustineo,* welche Fülle von Arbeit mit dem Amte verbunden iſt, die ich zu tragen habe. — *beneficia,* die vom Volke verliehenen Ämter; *maxumum beneficium,* das höchſte Amt; *beneficium vostrum,* das von euch verliehene Amt. — *sustineo.* Der hin und wieder in der indirekten Frage vorkommende Indikativ erklärt ſich hier aus der obigen Auflöſung des Satzes. — *inter — factiosos,* unter Leuten, die .... *occursantis,* die entgegentreten, *factiosos,* die Parteiränke ſchmieden. — *adsunt,* ſind zur Seite. — *innocentia,* hier Unbeſcholtenheit, ergänzend zu *virtus.* Bei der Entfaltung der Tüchtigkeit darf niemandem geſchadet werden.

5. *aequos bonosque,* die billig und gut Denkenden. — *rei publicae procedunt,* treten hervor, machen ſich geltend zum Vorteil des Staates, im Gegenſatz zu den eigennützigen Beſtrebungen der Gegner. — *invadendi,* zu Angriffen.

6. *acrius,* thatkräftiger. — *uti neque — et = uti et vos non capiamini et illi frustra sint.* Unregelmäßig erſcheint im erſten Teil *ut non.* — *capiamini,* in den hinterliſtigen Anſchlägen der *nobilitas.* — *frustra sint,* wie ſogleich *ita fui.* Die mehr-

7 *sint. ita ad hoc aetatis a pueritia fui, uti omnis labores et*
8 *pericula consueta habeam. quae ante vostra beneficia gratuito faciebam, ea uti accepta mercede deseram non est consilium,*
9 *Quirites. illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulavere: mihi, qui omnem aetatem in optumis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in*
10 *naturam vortit. bellum me gerere cum Iugurtha iussistis, quam rem nobilitas aegerrume tulit. quaeso, reputate cum animis vostris num id mutare melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris prosapiae ac multarum imaginum et nullius stipendi: scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet festinet sumat*
11 *aliquem ex populo monitorem offici sui. ita plerumque evenit ut, quem vos imperare iussistis, is imperatorem alium quaerat.*
12 *atque ego scio, Quirites, qui, postquam consules facti sunt, et acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint, praeposteri homines: nam gerere quam fieri tempore*
13 *posterius, re atque usu prius est. comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae*
14 *illi litteris, ea ego militando didici. nunc vos existumate facta*

---

fachen Unregelmäßigkeiten des Ausdrucks ſind wohl abſichtlich von dem Schriftſteller in Übereinſtimmung mit der Bildung des Marius eingeflochten.

8. *accepta mercede*, nämlich durch die Wahl zum Konſul. — *deserere*, im Stiche laſſen, untreu werden.

9. *in potestatibus*, zu den Ämtern gelangt. — *per ambitionem*, anläßlich der ehrſüchtigen Bewerbung. — *in optimis artibus*, nur in den beſten Beſtrebungen. — *vortere* und *convortere*, nicht ſelten „ſich wenden"; *in naturam vortit*, iſt zur Natur geworden.

10. *aegerrume*, mit bitterem Schmerz. — *mutare*, vgl. 38. 10. *id*, hinweiſend auf *si — mittatis*. — *globus*, Knäuel, hebt die feſtgeſchloſſene *factio* hervor. — *omnium* = *omnium rerum*. — *ex populo*, vgl. 84. 1., hier im Gegenſatz zu *nobilitas*, welche allein im Beſitz des Senates und meiſtens auch der Ämter war. — *monitorem offici sui*, mit offenbarer Anſpielung auf des Marius Verhältnis zu Metellus.

12. *atque ego scio*, ja, ich weiß Männer. — *praeposterus*, verkehrt, d. i. was zuletzt ſein ſollte, iſt zuerſt. — *gerere*, nämlich *res*, zu *fieri* iſt *consulem* zu ergänzen. — *re*, im Weſen, *usu*, in der Übung (praktiſche Schulung).

13. *vidi*, ich habe perſönlich erlebt. Marius hatte ſchon im numantiniſchen Kriege gedient. — *egomet gessi*, ich habe ſelbſt als Führer ausgeführt. — *militando*, durch den Dienſt als Soldat.

an dicta pluris sint. contemnunt novitatem meam, ego illo-
rum ignaviam; mihi fortuna, illis probra obiectantur: quam- 15
quam ego naturam unam et communem omnium existumo, sed
fortissumum quemque generosissumum. ac si iam ex patribus 16
Albini aut Bestiae quaeri posset mene an illos ex se gigni
maluerint, quid responsuros creditis, nisi sese liberos quam
optumos voluisse? quodsi iure me despiciunt, faciant idem ma- 17
ioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit.
invident honori meo: ergo invideant labori innocentiae periculis 18
etiam meis, quoniam per haec illum cepi. verum homines cor- 19
rupti superbia ita aetatem agunt, quasi vostros honores con-
temnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. ne illi falsi 20
sunt, qui divorsissumas res pariter exspectant, ignaviae volup-
tatem et praemia virtutis. atque etiam, cum apud vos aut 21
in senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos ex-
tollunt, eorum fortia facta memorando clariores sese putant.
quod contra est. nam quanto illorum vita praeclarior, tanto 22

---

14. *novitatem,* die Eigenſchaft des *homo novus,* = unadelige Geburt. — *ignaviam,* vgl. 4. 4. — *fortuna,* Stand. — *probra,* vorwurfsvolle, ſchimpfliche Thaten, oder kurz: Schande.

15. *quamquam existumo,* eine Einſchränkung des vorhergehenden Satzes. Marius will ſagen: ich mache zwar nicht einen Unterſchied in der Geburt, wie die *nobiles,* etwa, daß der *nobilis* ſchlecht, der *novus* gut ſein müſſe, ich erachte das natürliche Weſen des Menſchen als ein allen gleiches; aber ich halte nicht den für den edelſten, der die meiſten Ahnen zählt, ſondern den, der am tüchtigſten iſt.

16. *ac,* reiht das Beiſpiel zu dem vorher ausgeſprochenem Grundſatz an. — *iam,* jetzt.

17. *quodsi,* vgl. 1. 5. Inbezug auf die eben genannte Thatſache müſſen ſie, die *nobiles,* auf ihre Ahnen ſtolz herabſchauen, wenn ſie mit Recht auf mich herabſchauen *(si despiciunt);* daher hier *quodsi* = wenn alſo. — *maioribus suis,* mit ihren Vorfahren müſſen ſie das gleiche thun.

18. *invident,* ſie ſind neidiſch. — *cepi,* dem Kampf entnommen, in welchem man durch Tüchtigkeit den Siegespreis erobert. — *periclis etiam,* aber auch auf meine Gefahren, mit Ironie, im Gegenſatz zu der Art, wie die nobiles zu den Ämtern kamen.

19. *verum,* in Wahrheit aber. — *quasi — contemnant,* als ob ſie ſich gar nichts kümmerten. — *ita — petunt,* d. i. ſie bewerben ſich gleichwohl mit ſolcher Zuverſicht.

20. *ne* = *nae,* fürwahr. — *falsi sunt,* vgl. 10. 1. — *ignaviae voluptatem,* den Genuß des Nichtsthuns, nämlich vor den Ämtern, *praemia virtutis,* die Ämter ſelbſt.

21. *pleraque oratione,* mit einer Fülle von Worten.

22. *quod contra est,* aber dies iſt

23 *horum socordia flagitiosior. et profecto ita se res habet: ma-*
iorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona neque mala
24 *eorum in occulto patitur. huiusce rei ego inopiam fateor,*
Quirites, verum id quod multo praeclarius est, meamet facta
25 *mihi dicere licet. nunc videte quam iniqui sint. quod ex*
aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt,
scilicet quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas
est, quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse.
26 *equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, ab-*
unde illis facundam et compositam orationem fore. sed in
vostro maxumo beneficio cum omnibus locis me vosque male-
dictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in con-
27 *scientiam duceret. nam me quidem ex animi mei sententia nulla*
oratio laedere potest. quippe vera necesse est bene praedi-
28 *cent, falsa vita moresque mei superant. sed quoniam vostra*
consilia accusantur, qui mihi summum honorem et maxumum
negotium imposuistis, etiam atque etiam reputate num eorum
29 *paenitendum sit. non possum fidei causa imagines neque trium-*
phos aut consulatus maiorum meorum ostentare, at, si res po-

---

gerade umgekehrt. — *bona*, die guten, *mala*, die ſchlimmen Eigenſchaften. — *patitur*, er läßt zu, daß ſie im Dunkeln bleiben.

24. *huiusce rei*, d. i. *gloriae maiorum*. — *meamet* — *licet*, ich darf von meinen eigenen Thaten ſprechen.

26. *equidem*, das durch *e* verſtärkte *quidem*, hebt beim Pronomen perſonale die perſönliche Anſicht hervor. — *abunde* — *fore*, daß in reichlicher Fülle — zur Verfügung ſtehen werde. — *in vostro maxumo beneficio*, nachdem ihr mir das höchſte Amt übertragen habt. — *non placuit reticere*, ich habe nicht ſchweigen wollen. — *in conscientiam*, vgl. 32. 5.

27. *ex animi mei sententia*, wie ich aus innerſtem Herzensgrunde verſichern kann. Vgl. dagegen 38. 4. — *nam me nulla oratio laedere potest*, enthält eine Erläuterung zu *non placuit reticere*, welche durch *ex animi mei sententia* bekräftigt wird. Der Grund, warum er nicht ſchweigen will, wird in dem folgenden *quoniam vostra consilia accusantur* angegeben. Dadurch wird auch klar, warum *in vostro maxumo beneficio* zu Anfang des Satzes ſteht. — *vera*, was ſie Wahres aus meinem Leben ſagen, was Falſches. — *superant*, überwinden, d. i. widerlegen.

28. *eorum*, d. i. *consiliorum*.

29. *fidei causa*, zur Beglaubigung meiner Berechtigung zum Konſulat = zur Beglaubigung der richtigen Wahl. — *si res postulat*, wenn es erforderlich ſein ſollte, d. i. wenn es eines Beweiſes bedürfte, daß ich mit Recht gewählt worden bin. — *dona militaria*, Geſchenke, wie ſie vom Feldherrn den Soldaten als Auszeich-

stulet, hastas vexillum phaleras alia militaria dona, praeterea
cicatrices advorso corpore. hae sunt meae imagines, haec nobi- 30
litas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quae ego meis
plurumis laboribus et periculis quaesivi. non sunt composita 31
verba mea: parvi id facio, ipsa se virtus satis ostendit. illis
artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. neque 32
litteras Graecas didici: parum placebat eas discere, quippe
quae ad virtutem doctoribus nihil profuerant. at illa multo 33
optuma rei publicae doctus sum, hostem ferire, praesidium
agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hiemem et aestatem
iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam et laborem
tolerare. his ego praeceptis milites hortabor neque illos arte 34
colam, me opulenter, neque gloriam meam laborem illorum
faciam. hoc est utile, hoc civile imperium. namque cum tute 35
per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum
non imperatorem esse. haec atque talia maiores vostri faciundo 36
seque remque publicam celebravere. quis nobilitas freta, ipsa 37
dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit, et omnis
honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit. ceterum 38
homines superbissumi procul errant. maiores eorum omnia quae
licebat illis reliquere, divitias imagines memoriam sui prae-
claram, virtutem non reliquere, neque poterant: ea sola neque
datur dono neque accipitur. sordidum me et incultum moribus 39

---

nung gegeben wurden. — *phalerae,* hier ein Bruſtſchmuck mit dem Bildnis einer Gottheit oder des Oberfeldherrn.

30. *illa*, jene Auszeichnungen. — *plurumis,* zahlreiche, reichliche.

31. *composita,* künſtlich zuſammengeſetzt. — *id,* d. i. *verba componere.* — *artificio*, Kunſtfertigkeit.

32. *doctoribus,* d. i. den Griechen.

33. *praesidium agitare,* Beſatzungsdienſt thun, Gegenſatz zu *hostem ferire,* den Feind auf dem Schlachtfeld töten. Vgl. 43. 3.

34. *his praeceptis*, mit dieſen, ſolchen Lehren, d. i. mit den Vorſchriften, ſolches, oder ebenſo zu thun. — *arte,* vgl. 45. 2.

35. *civile,* wie es ſich Bürgern gegenüber ziemt, bürgerfreundlich. — *per mollitiem agere,* in Weichlichkeit dahin leben. — *supplicio cogere*, durch Strafen zwingen, nämlich zur Plichterfüllung. — *dominum,* Tyrann.

37. *quis,* = *quibus factis,* aus *haec et talia faciendo* zu entnehmen. — *repetit*, mitbezug auf *debitos*, als Gegenleiſtung fordern.

38. *homines superbissumi*, die ſo ſtolzen Leute. — *procul errant*, irren weit ab von der Wahrheit, ſind in einem großen Irrtum. — *quae licebat,* nämlich *relinquere.*

aiunt, quia parum scite convivium exorno neque histrionem
ullum neque pluris preti coquum quam vilicum habeo. quae
40 *mihi lubet confiteri, Quirites. nam ex parente meo et ex aliis*
sanctis viris ita accepi: munditias mulieribus, laborem viris
convenire, omnibusque bonis oportere plus gloriae, quam divi-
41 *tiarum esse; arma, non supellectilem decori esse. quin ergo*
quod iuvat, quod carum aestumant, id semper faciant: ament
potent, ubi adulescentiam habuere, ibi senectutem agant, in
conviviis, dediti ventri et voluptatibus corporis. sudorem pulve-
rem et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora
42 *sunt. verum non ita est. nam ubi se flagitiis dedecoravere*
43 *turpissumi viri, bonorum praemia ereptum eunt. ita iniustis-*
sume luxuria et ignavia, pessumae artes, illis qui coluere eas
44 *nihil officiunt, rei publicae innoxiae cladi sunt. nunc quo-*
niam illis, quantum mei mores, non illorum flagitia posce-
45 *bant, respondi, pauca de re publica loquar. primum omnium*
de Numidia bonum habete animum, Quirites. nam quae ad hoc
tempus Iugurtham tutata sunt, omnia removistis, avaritiam
imperitiam atque superbiam. deinde exercitus ibi est locorum

---

39. *parum scite,* nicht fein genug. — *histrionem.* Seit dem ſyriſchen Krieg (190) wurden ſolche Verfeinerungen des äußern Lebens in Rom immer allgemeiner. — *pluris*, adjektiviſch zu *pretii.* — *coquum.* In guter alter Zeit hatte der Koch unter den Sklaven den geringſten Wert. — *quae mihi lubet confiteri,* das will ich offen ausſprechen, daraus will ich kein Geheimnis machen.

40. *sanctis,* in ihrem Charakter unantaſtbar. — *munditias*, Putz. Vgl. 63. 3. — *supellectilem*, feiner Hausrat, hat ſeine Beziehung auf *divitiarum*, wie *arma* auf *gloriae.*

41. *quin,* warum nicht, wie bei der Frage der Aufforderung, ſo auch beim Imperativ: gut denn, ſo mögen ſie in der That etc.

42. *non ita est* = *non relinquunt.*

43. *turpissumi viri,* mit ſcharfer Ironie. Männer ſollten ſich mit ſolchem Schimpf beladen und dann noch die Ehrenämter an ſich reißen wollen *(ereptum eunt.)*

44. *quoniam* = *cum iam.* — *pauca,* nur weniges noch.

45. *atque,* und ſchließlich, nämlich durch die Erſetzung des Metellus. *avaritia*, mitbezug auf Beſtia, *imperitia* auf Albinus, *superbia* auf Metellus. — *deinde,* entſpricht dem *primum omnium.* Vor allem ſollten ſie gutes Mutes ſein hinſichtlich des Feldherrn, dann hinſichtlich des Heeres. Denn wenn dieſes auch durch die Fehler der vorigen Feldherrn geſchädigt worden iſt, ſo iſt es doch jetzt *locorum sciens* und *strenuus.* Unter guter Führung, wie ſie Marius in Ausſicht ſtellt, wird es auch *felix*

sciens, sed mehercule magis strenuus quam felix. nam magna 46
pars eius avaritia aut temeritate ducum attrita est. quam ob 47
rem vos, quibus militaris aetas est, adnitimini mecum et capessite rem publicam neque quemquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit. egomet in agmine aut in proelio consultor idem et socius periculi vobiscum adero, meque vosque in omnibus rebus iuxta geram. et profecto dis 48
iuvantibus omnia matura sunt, victoria praeda laus. quae si dubia aut procul essent, tamen omnis bonos rei publicae subvenire decebat. etenim nemo ignavia immortalis factus est 49
neque quisquam parens liberis uti aeterni forent optavit, magis uti boni honestique vitam exigerent. plura dicerem, Quirites, 50
si timidis virtutem verba adderent. nam strenuis abunde dictum puto.'

Huiuscemodi oratione habita Marius, postquam plebis animos 86
arrectos videt, propere commeatu stipendio armis aliisque utilibus navis onerat, cum his A. Manlium legatum proficisci iubet. ipse 2
interea milites scribere, non more maiorum neque ex classibus, sed uti cuiusque lubido erat, capite censos plerosque. id factum 3
alii inopia bonorum alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam

---

ſein. Daher die Aufforderung: *neque quemquam metus ceperit,* wie anfangs *bonum habete animum.*

47. *militaris aetas,* vom 17. bis 46. Lebensjahr. — *capessere rem publicam,* ſonſt von der Beteiligung am innern Staatsleben, hier vom Eintritt in den Kriegsdienſt. — *geram,* vgl. 55. 1.

48. *matura,* zum Ernten. — *quae si,* aber wenn dieſes auch. — *si essent, tamen decebat.* Nach dem Konjunktiv des irrealen Bedingungsſatzes folgt nicht ſelten im Folgeſatz der Indikativ.

49. *et enim — factus est,* Erläuterung zu *omnis bonos subvenire decebat.* Nur der *homo ignavus* bleibt zurück, wenn es gilt, Sieg, Beute, Ruhm zu erwerben. — *optavit,* aoriſtiſches Perfekt. — *exigerent,* vgl. 14. 15.

86.—88. Marius übernimmt den Oberbefehl und greift kräftig ein.

86. 2. *ex classibus,* aus den 5 ſervianiſchen Vermögensklaſſen. Die ſechſte, die *capite censi* wurden nur in der äußerſten Not zum Waffendienſt ausgehoben. Mit dieſer Neuerung machte Marius den Anfang zur Umgeſtaltung des römiſchen Heeres. Die *principes, hastati, triarii* hörten auf, einheitliche Bewaffnung wurde eingeführt und die Legion in 10 Cohorten aufgeſtellt.

3. *bonorum,* Gegenſatz zu *capite censos plerosque.* Da Marius auch

quaerenti egentissumus quisque opportunissumus, cui neque sua curae quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta viden-
4 tur. igitur Marius cum aliquanto maiore numero, quam decretum erat, in Africam profectus paucis diebus Uticam advehitur.
5 exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. nam Metellus conspectum Mari fugerat, ne videret ea quae audita animus tolerare nequi-
87 verat. sed consul expletis legionibus cohortibusque auxiliariis in agrum fertilem et praeda onustum proficiscitur, omnia ibi capta militibus donat, dein castella et oppida natura et viris parum munita aggreditur, proelia multa, ceterum levia, alia aliis locis
2 facere. interim novi milites sine metu pugnae adesse, videre fugientis capi aut occidi, fortissumum quemque tutissumum, armis libertatem patriam parentesque et alia omnia tegi, gloriam atque
3 divitias quaeri. sic brevi spatio novi veteresque coaluere et
4 virtus omnium aequalis facta. at reges ubi de adventu Mari cognoverunt, divorsi in locos difficilis abeunt. ita Iugurthae placuerat speranti mox effusos hostis invadi posse, Romanos sicuti
88 plerosque remoto metu laxius licentiusque futuros. Metellus interea Romam profectus contra spem suam laetissumis animis accipitur, plebi patribusque, postquam invidia decesserat, iuxta
2 carus. sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res

---

aus den letztern keine Untaugliche ausgehoben haben wird, ſo ſind die *boni* die den Vermögensklaſſen Angehörigen, unter welchen Marius angeblich wenige vorfand. — *opportunissumus*, der für ſeinen Zweck brauchbarſte. — *videntur*, noch zu *cui*. — *omnia cum pretio*, alles, was mit Gewinn verbunden iſt.

5. *fugerat*, hatte gemieden.

87. 1. *donat*. Dies geſchah ausnahmsweiſe, zumeiſt nach Erſtürmung einer Stadt. Nach der römiſchen Kriegsordnung fiel alles Erbeutete oder der Erlös daraus dem Staatsſchatz zu. — *ceterum levia*, übrigens nur leichte.

2. *interim*, mitbezug auf die *proelia*, durch welche die neuen Soldaten erſt gewöhnt werden mußten.

4. *divorsi*, nach verſchiedenen Seiten. — *difficilis*, für den verfolgenden. — *effusos* — *posse*, daß die Feinde ſich zerſtreuen würden, und ſo — könnten. — *Romanos futuros*, Erläuterung zu *effusos* — *posse*. — *sicuti plerosque*, wie die meiſten Menſchen. — *laxius licentiusque*, vgl. 14. 11. *laxius*, inbezug auf den Oberbefehl (wie 64. 5 *laxiore imperio)*, lockerer gehalten, *licentius*, inbezug auf den davon Gebrauch machenden Soldaten, zügelloſer.

88. 1. *postquam discesserat*, vgl. 11. 2.

2. *impigre prudenterque*, raſtlos

pariter attendere, cognoscere quid boni utrisque aut contra esset,
explorare itinera regum, consilia et insidias eorum antevenire,
nihil apud se remissum neque apud illos tutum pati. itaque et 3
Gaetulos et Iugurtham ex sociis nostris praedas agentis saepe
aggressus in itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab
oppido Cirta armis exuerat. quae postquam gloriosa modo neque 4
belli patrandi copiam cognovit, statuit urbis, quae viris aut loco
pro hostibus et advorsum se opportunissumae erant, singulas circum-
venire: ita Iugurtham aut praesidiis nudatum, si ea pateretur, aut
proelio certaturum. nam Bocchus nuntios ad eum saepe miserat, 5
velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret. id 6
simulaveritne, quo improvisus gravior accederet, an mobilitate
ingeni pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum est.

Sed consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire, 89
partim vi alia metu aut praemia ostentando avortere ab hostibus.
ac primo mediocria gerebat existumans Iugurtham ob suos tutan- 2
dos in manus venturum. sed ubi illum procul abesse et aliis 3
negotiis intentum accepit, maiora et magis aspera aggredi tempus
visum est.

Erat inter ingentis solitudines oppidum magnum atque valens 4

---

und vorſichtig zugleich. — *attendere,* ſeine Aufmerkſamkeit richten. — *cognoscere,* Kenntnis nehmen. — *nihil remissum,* kein Nachlaſſen (nämlich in Aufmerkſamkeit und Thätigkeit; dies iſt noch nicht Nachläſſigkeit). Vgl. 53. 6.

3. *ex sociis nostris,* d. i. der Provinz Afrika. — *armis exuerat,* er hatte ihn gezwungen, mit Wegwerfung der Waffen zu fliehen.

4. *pro hostibus,* zum Schutz der Feinde, *advorsum se,* zum Angriff gegen ihn. — *singulas,* eine nach der andern. — *praesidiis,* Stützpunkte und Zufluchtsorte. — *nudatum,* nämlich *fore.* — *ea,* ſolches, die Wegnahme der Städte.

5. *nam — miserat,* ſchließt ſich erläuternd an *Iugurtham proelio certaturum* an. Daß Bocchus nicht in den Kampf eintreten werde, wußte Marius, denn etc.

6. *an — solitus,* nämlich *fecerit.*

89.—91. Zerſtörung von Capſa.

89. 1. *metu,* durch Einſchüchterung. — *aut,* oder auch. — *ostentando praemia,* durch deutlichen Hinweis auf Belohnungen.

2. *mediocria,* nur Unbedeutendes, nur unbedeutende Unternehmungen. — *in manus venire,* in die Hände geraten.

3. *aliis negotiis intentum,* mit andern Dingen beſchäftigt. — *magis aspera,* Schwierigeres.

4. *inter solitudines,* mitten in einer weiten Einöde, alſo landeinwärts, im Binnenlande. — *valens,* nämlich *opi-*

nomine Capsa, cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius
cives apud Iugurtham immunes, levi imperio et ob ea fidelissumi
habebantur, muniti advorsum hostis non moenibus modo et armis
5 atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. nam
praeter oppido propinqua alia omnia vasta inculta, egentia aquae,
infesta serpentibus, quarum vis sicuti omnium ferarum inopia
cibi acrior. ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa siti magis
6 quam alia re accenditur. eius potiundi Marium maxuma cupido
invaserat, cum propter usum belli tum quia res aspera videbatur et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud
dissimiliter situm munitumque, nisi quod apud Thalam non longe
a moenibus aliquot fontes erant, Capsenses una modo atque ea
7 intra oppidum iugi aqua, cetera pluvia utebantur; idque ibi et
in omni Africa, qua procul a mari incultius agebat, eo facilius
tolerabatur, quia Numidae plerumque lacte et ferina carne vescebantur et neque salem neque alia irritamenta gulae quaerebant:
cibus illis advorsus famem atque sitim, non lubidini neque luxu-
90 riae erat. igitur consul omnibus exploratis, credo dis fretus —
nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat, quippe etiam frumenti inopia temptabatur, quia Numidae
pabulo pecoris magis quam arvo student et quodcumque natum
fuerat iussu regis in loca munita contulerant, ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate, nam aestatis extremum
2 erat — tamen pro rei copia satis providenter exornat, pecus
omne, quod superioribus diebus praedae fuerat, equitibus auxi-

---

bus, durch die Mittel aller Art, Reichtum. — *Hercules Libys.* Die Herkulesſage erſtreckte ſich über alle Länder des Mittelmeerbeckens. (Säulen des Herkules). — *immunes*, ſteuerfrei. — *fidelissumi habebantur apud Iugurtham*, Iugurtha hatte an ihnen die treueſten Unterthanen, *ob ea*, weil ſie ſteuerfrei und in leichter Herrſchaft gehalten wurden.

5. *praeter oppido propinqua*, mit Ausnahme der nächſten Umgebung der Stadt. — *ipsa*, an und für ſich.

6. *propter usum belli*, wegen des Vorteils für die weitere Kriegführung. Vgl. 84. 3. — *iugi aqua*, Quellwaſſer. — *cetera*, nämlich *aqua*, ſonſt brauchten ſie (als Waſſer) das Regenwaſſer.

7. *id*, dieſer Zuſtand. — *quae* = *cuius incolae*. — *agebat*, lebte.

90. 1. *consilio*, Gegenſatz zu *dis fretus*, eigene Einſicht. — *providere*, Vorſorge treffen. — *frumenti inopia temptabatur*, d. i. Getreidemangel trat an ihn heran. — *arvo (arare)*, Ackerland. — *fuerat*, vor dem Eindringen des römiſchen Heeres. — *natum*, gewachſen. — *pro rei copia*, nach Thunlichkeit. — *exornat*, ohne

liariis agundum attribuit, A. Manlium legatum cum cohortibus
expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum loca-
verat, ire iubet dicitque se praedabundum post paucos dies eo-
dem venturum. sic incepto suo occultato pergit ad flumem Tanain. 3
ceterum in itinere cotidie pecus exercitui per centurias item 91
turmas aequaliter distribuerat et ex coriis utres uti fierent cu-
rabat, simul inopiam frumenti lenire et ignaris omnibus parare,
quae mox usui forent. denique sexto die, cum ad flumen ventum
est, maxuma vis utrium effecta. ibi castris levi munimento positis 2
milites cibum capere atque uti simul cum occasu solis egrede-
rentur paratos esse iubet, omnibus sarcinis abiectis aqua modo
seque et iumenta onerare. dein postquam tempus visum, castris 3
egreditur noctemque totam itinere facto consedit. idem proxuma
facit. dein tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum
tumulosum ab Capsa non amplius duum milium intervallo, ibique
quam occultissume potest cum omnibus copiis opperitur. sed 4
ubi dies coepit et Numidae nihil hostile metuentes multi oppido
egressi, repente omnem equitatum et cum eis velocissumos pedi-
tes cursu tendere ad Capsam et portas obsidere iubet. deinde
ipse intentus propere sequi neque milites praedari sinere. quae 5
postquam oppidani cognovere, res trepidae metus ingens malum
improvisum, ad hoc pars civium extra moenia in hostium potestate
coegere uti deditionem facerent. ceterum oppidum incensum, Nu- 6
midae puberes interfecti, alii omnes venundati, praeda militibus
divisa. id facinus contra ius belli non avaritia neque scelere 7
consulis admissum, sed quia locus Iugurthae opportunus, nobis

---

Objekt, rüstet aus, trifft die nötigen Vorkehrungen.

2. *ad oppidum Laris,* vgl. 57. 1. — *praedabundum,* auf einem Streifzug.

3. *sic incepto occultato.* Die Stadt Lares lag weit entfernt, nördlich von Capsa. — *Tanain,* unbekannt.

91. 1. *item turmas,* d. i. *item per turmas.* — *aequaliter,* jeder Mann des Fußvolks und der Reiterei bekam gleichviel.

2. *uti egrederentur,* um ausrücken zu können. — *onerare,* noch von *iubet* abhängig.

3. *itinere facto,* nachdem er die ganze Nacht marschiert war — *duum milium,* etwa drei Kilometer.

4. *obsidere,* hier von *obsido.* — *intentus,* vgl. 46. 5.

5. *res trepidae,* die angstvolle Verwirrung, in der alle ratlos hin- und herlaufen. — *ad hoc,* dazu der Umstand, daß . . .

6. *ceterum,* übrigens, hebt den

aditu difficilis, genus hominum mobile infidum, [ante] neque bene-
ficio neque metu coercitum.
92 Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo
peregit, magnus et clarus antea maior atque clarior haberi coepit.
2 omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. milites modesto
imperio habiti simul et locupletes ad caelum ferre, Numidae
magis quam mortalem timere, postremo omnes, socii atque hostes,
credere illi aut mentem divinam esse aut deorum nutu cuncta
3 portendi. sed consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida
pergit, pauca repugnantibus Numidis capit, plura deserta propter
Capsensium miserias igni corrumpit: luctu atque caede omnia
4 complentur. denique multis locis potitus ac plerisque exercitu
incruento, aliam rem aggreditur non eadem asperitate qua Cap-
sensium, ceterum haud secus difficilem.
5 Namque haud longe a flumine Muluccha, quod Iugurthae
Bocchique regnum diiungebat, erat inter ceteram planitiem mons
saxeus, mediocri castello satis patens, in immensum editus uno
perangusto aditu relicto: nam omnis natura velut opere atque
6 consulto praeceps. quem locum Marius, quod ibi regis thesauri
erant, summa vi capere intendit. sed ea res forte quam con-
7 silio melius gesta. nam castello virorum atque armorum satis
et magna vis frumenti et fons aquae; aggeribus turribusque et

---

Gegenſatz zu der berechtigten Erwartung milder Behandlung hervor.

7. *genus hominum*, die Art dieſer Leute. — *coercitum*, wie *invictus*, in Schranken zu halten.

92.—94. Weitere Eroberungen des Marius.

92. 1. *patrare*, fertig bringen. — *trahebantur*. In dieſem Zeitwort liegt das Gewaltſame: alles mußte jetzt als Tüchtigkeit gelten.

2. *locupletes*, reich gemacht, bereichert, d. i. nach dem Maßſtabe der Soldaten. — *socii*, vgl. 88. 3. — *portendi*, vgl. 3. 2. Man glaubte, daß alles, was er that, auf göttlichen Wink dargereicht werde, nämlich ſo, wie er es that.

4. *ac*, und zwar. — *non eadem asperitate*, nicht von der gleichen Gefährlichkeit, aber doch nicht weniger ſchwierig.

5. *inter ceteram planitiem*, mitten in einer ſonſt ebenen Gegend. — *satis patens*, gerade ausgedehnt genug für. — *uno — relicto*, während nur — da war. — *omnis natura*, die ganze natürliche Beſchaffenheit. — *opere*, von Menſchenhand, *consulto*, abſichtlich.

6. *summa vi intendit*, er ſtrengt alle Kraft an. — *forte quam consilio melius gesta*, fiel glücklicher durch

aliis machinationibus locus importunus; iter castellanorum angu-
stum admodum, utrimque praecisum. ea vineae cum ingenti 8
periculo frustra agebantur; nam cum eae paulo processerant,
igni aut lapidibus corrumpebantur; milites neque pro opere con- 9
sistere propter iniquitatem loci neque inter vineas sine periculo
administrare: optumus quisque cadere aut sauciari, ceteris metus
augeri. at Marius multis diebus et laboribus consumptis anxius 93
trahere cum animo suo omitteretne inceptum, quoniam frustra
erat, an fortunam opperiretur, qua saepe prospere usus fuerat.
quae cum multos dies noctisque aestuans agitaret, forte quidam 2
Ligus ex cohortibus auxiliariis miles gregarius castris aquatum
egressus haud procul ab latere castelli, quod avorsum proe-
liantibus erat, animum advortit inter saxa repentis cocleas; qua-
rum cum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legundi
paulatim prope ad summum montis egressus est. ubi postquam 3
solitudinem intellexit, more ingeni humani cupido difficilia faciundi
animum advortit. et forte in eo loco grandis ilex coaluerat 4
inter saxa, paulum modo prona, deinde inflexa atque aucta in
altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. cuius ramis modo
modo eminentibus saxis nisus Ligus in castelli planitiem pervenit,
quod cuncti Numidae intenti proeliantibus aderant. exploratis 5
omnibus quae mox usui fore ducebat, eadem regreditur non

---

den Zufall als durch die Berechnung aus.

7. *aliis machinationibus*, durch Aufſtellung von andern Verteidigungsmaſchinen. — *importunus*, Gegenſatz zu *opportunus*, unerträglich, d. i. hier: unzugänglich. — *utrimque praecisum*, von beiden Seiten, beiderſeits jäh abſchüſſig.

9. *pro opere*, vor den Belagerungsarbeiten, dem Aufwerfen der Laufgräben, den *vineae.* — *consistere*, feſten Fuß faſſen. — *inter vineas*, im Bereich der Schutzdächer (vgl. *frustra agebantur — corrumpebantur.*) — *administrare*, arbeiten, ohne Objekt. — *optumus quisque*, nur die tapferſten wagten ſich vor, erlagen aber dabei.

93. 1, *trahere*, vgl. 84. 4.

2. *aestuans*, dem Meere entnommenes Bild, mitbezug auf *trahere.* — *egressus est*, vgl. 60. 6.

3. *more ingeni humani*, wie es die Art der menſchlichen Natur iſt, wie es in der menſchlichen Natur liegt. — *animum advortit*, macht ihn aufmerkſam, nämlich auf das, was man hier thun könne.

4. *grandis*, ungewöhnlich groß. — *coaluerat inter saxa*, war mitten zwiſchen den Felſen aufgewachſen. — *gignentium*, zu *cuncta.* — *pervenit*, er kam bis zur Ebene. — *intenti*, mit aller Aufmerkſamkeit waren ſie bei den Kämpfenden.

temere, uti ascenderat, sed temptans omnia et circumspiciens.
6 itaque Marium propere adit, acta edocet, hortatur ab ea parte, qua ipse ascenderat, castellum temptet, pollicetur sese itineris
7 periculique ducem. Marius cum Ligure promissa eius cognitum ex praesentibus misit; quorum uti cuiusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere. consulis animus tamen paulum
8 arrectus. itaque ex copia tubicinum et cornicinum numero quinque quam velocissumos delegit et cum eis praesidio qui forent quattuor centuriones, omnisque Liguri parere iubet et ei negotio
94 proxumum diem constituit. sed ubi ex praecepto tempus visum, paratis compositisque omnibus ad locum pergit. ceterum illi, qui ascensuri erant, praedocti ab duce arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret: super terga gladii et scuta, verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia simul et offensa quo levius streperent.
2 igitur praegrediens Ligus saxa et si quae vetustate radices eminebant laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius escenderent, interdum timidos insolentia itineris levare manu, ubi paulo asperior ascensus erat, singulos prae se inermis mittere, deinde ipse cum illorum armis sequi, quae dubia nisui videbantur potissumus temptare ac saepius eadem ascendens descendensque,
3 dein statim digrediens, ceteris audaciam addere. igitur diu multumque fatigati tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte, quod omnes sicut aliis diebus advorsum hostis aderant. Marius ubi ex nuntiis quae Ligus egerat cognovit, quamquam toto die intentos proelio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites et ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere et simul hostem tormentis sagittariisque et funditoribus eminus

---

7. *ingenium,* die angeborene Natureigentümlichkeit, ob kühn oder bedächtig; „jeder nach ſeiner eigentümlichen Natur."

94. 1. *ornatus,* militäriſche Kleidung. — *capite — nudis,* Ablat. consecutivus. — *facilius,* vgl. 14. 11. — *offensa,* beim Anſtoßen.

2. *vetustate,* infolge des Alters, wenn ſie alt werden, ſchaffen ſich die Wurzeln aus dem Geſtein hervor. — *potissumus,* als am meiſten imſtande, damit fertig zu werden. — *temptare,* in Angriff nehmen. — *digrediens,* auf die Seite ausweichend.

3. *intentos habere,* in Aufmerkſamkeit halten. — *toto die,* ſchon während des ganzen Tages. — *tum vero,* jetzt noch recht. — *testudine acta succedere*, er ließ unter dem Schilddach an die Mauern heranrücken. — *eminus,* über die *testudo* weg.

terrere. at Numidae saepe antea vineis Romanorum subvorsis, 4
item incensis non castelli moenibus sese tutabantur, sed pro muro
dies noctisque agitare, male dicere Romanis ac Mario vecordiam
obiectare, militibus nostris Iugurthae servitium minari, secundis
rebus feroces esse. interim omnibus Romanis hostibusque proelio 5
intentis magna utrimque vi pro gloria atque imperio his illis pro
salute certantibus repente a tergo signa canere: ac primo mulieres
et pueri, qui visum processerant, fugere, deinde uti quisque muro
proxumus erat, postremo cuncti armati inermesque. quod ubi 6
accidit, eo acrius Romani instare, fundere ac plerosque tantum-
modo sauciare, dein super occisorum corpora vadere, avidi glo-
riae certantes murum petere neque quemquam omnium praeda
morari. sic forte correcta Mari temeritas, gloriam ex culpa invenit. 7

Ceterum dum ea res geritur, L. Sulla quaestor cum magno 95
equitatu in castra venit; quos uti ex Latio et a sociis cogeret
Romae relictus erat. sed quoniam nos tanti viri res admonuit, 2
idoneum visum est de natura cultuque eius paucis dicere. neque
enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus, et L. Sisenna op-
tume et diligentissume omnium qui eas res dixere persecutus
parum mihi libero ore locutus videtur.

Igitur Sulla gentis patriciae nobilis fuit familia iam prope 3
exstincta maiorum ignavia, litteris Graecis et Latinis iuxta atque

---

4. *moenibus,* hier = *munimento.* — *pro muro,* vor den Mauern. — *agitare,* hier: ſich hin- und hertreiben.

5. *signa canere,* die Signale ertönen.

7. *ex culpa,* nämlich *temeritatis.* Aus der Schuld erntete er Ruhm.

95. 96. Sulla.

95. 1. *quos,* nach dem Sinn zu *equitatu.*

2. *res,* unſer Gegenſtand. — *idoneum,* zweckdienlich. — *de natura cultuque,* über ſein angeborenes Weſen und deſſen Ausbildung, Natur und Bildung. — *L. Sisenna,* ein angeſehener römiſcher Geſchichtſchreiber in der Zeit Sullas, ſchrieb außer anderem eine Geſchichte des Bürgerkrieges zwiſchen Marius und Sulla. — *persequi,* einer Sache von Anfang bis ans Ende folgen.

3. *patriciae nobilis.* Die altpatriziſche *gens Cornelia,* zu der die Familie des Sulla gehörte, zählte infolge der Ausgleichung der Standesunterſchiede mit der Zeit auch Plebejer und ſolche Familien in ſich, deren Angehörige nicht die höhern Ämter bekleidet hatten und ſomit nicht zur Nobilität gehörten. Aber die Familie der *Sullae* zählte zur Nobilität. — *familia prope exstincta,* aus einer nahezu erloſchenen Familie. — *ignavia,* Untüchtigkeit. — *iuxta,* zu *Graecis et Latinis.* — *atque,* und zwar.

doctissume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum sed gloriae cupidior, otio luxurioso esse, tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli; facundus, callidus et amicitia facilis, ad simulanda negotia altitudo ingeni
4 incredibilis, multarum rerum ac maxume pecuniae largitor. atque illi, felicissumo omnium, ante civilem victoriam numquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an felicior esset. nam postea quae fecerit, incertum habeo, pudeat an pigeat magis disserere.

96 Igitur Sulla, uti supra dictum est, postquam in Africam atque in castra Mari cum equitatu venit, rudis antea et ignarus belli,
2 sollertissumus omnium in paucis tempestatibus factus est. ad hoc milites benigne appellare, multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere, sed ea properantius quam aes mutuum reddere, ipse ab nullo repetere, magis id laborare, ut
3 illi quam plurumi deberent, ioca atque seria cum humillumis agere, in operibus in agmine atque ad vigilias multus adesse neque interim, quod prava ambitio solet, consulis aut cuiusquam boni famam laedere, tantummodo neque consilio neque manu
4 priorem alium pati, plerosque antevenire. quibus rebus et artibus brevi Mario militibusque carissumus factus.

— *otio luxurioso esse,* = lebte ſchwelgeriſch in der Muße. — *nisi quod,* ſchließt ſich an *numquam voluptas remorata* an: Sinnenluſt hielt ihn nicht von ſeinen Obliegenheiten ab, außer daß er hätte die Sittlichkeit höher halten können, nur in einer Hinſicht, *de uxore,* = hinſichtlich der Heilighaltung der Ehe kannte ſeine Sinnenluſt keine Schranke. Sulla wechſelte fünfmal die Ehe nnd führte nebenbei ein ausſchweifendes Leben. — *amicitia facilis,* hinſichtlich der Freundſchaft leicht zugänglich, hebt den Gegenſatz in ſeinem Weſen, nämlich zur Verſchlagenheit hervor. — *ad simulanda negotia,* zum Erheucheln von Dingen, d. i. zu heuchleriſchem Thun, Treiben. — *altitudo,* Tiefe, Unergründlichkeit.

4. *super — fuit,* nie ging ihm das Glück über die Thätigkeit. — *postea,* d. i. *post civilem victoriam.*

96. 1. *in paucis tempestatibus,* vgl. 28. 2, im Verlauf eines nur kurzen Zeitraums, Gegenſatz *multis tempestatibus,* in langer Zeit.

2. *repetere,* vgl. 85. 37. — *illi,* ſtatt *sibi,* läßt das Mitgeteilte mehr als die Anſicht des Schriftſtellers erſcheinen.

3. *multus,* vgl. 84. 1. — *rebus,* durch die Dinge, die er that, d. i. durch ſein Verhalten.

At Iugurtha, postquam oppidum Capsam aliosque locos muni- 97
tos et sibi utilis, simul et magnam pecuniam amiserat, ad Bocchum
nuntios misit, quam primum in Numidiam copias adduceret,
proeli faciundi tempus adesse. quem ubi cunctari accepit et du- 2
bium belli atque pacis rationes trahere, rursus uti antea proxu-
mos eius donis corrupit, ipsique Mauro pollicetur Numidiae partem
tertiam, si aut Romani Africa expulsi aut integris suis finibus
bellum compositum foret. eo praemio illectus Bocchus cum magna 3
multitudine Iugurtham accedit. ita amborum exercitu coniuncto
Marium iam in hiberna proficiscentem vix decuma parte die reli-
qua invadunt, rati noctem, quae iam aderat, et victis sibi muni-
mento fore et, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum
scientes erant, contra Romanis utrumque casum in tenebris diffici-
liorem fore. igitur simul consul ex multis de hostium adventu 4
cognovit et ipsi hostes aderant et priusquam exercitus aut in-
strui aut sarcinas colligere, denique antequam signum aut im-
perium ullum accipere quivit, equites Mauri atque Gaetuli, non
acie neque ullo more proeli sed catervatim, uti quosque fors
conglobaverat, in nostros incurrunt. qui omnes trepidi impro- 5
viso metu ac tamen virtutis memores aut arma capiebant aut
capientis alios ab hostibus defensabant; pars equos escendere,
obviam ire hostibus, pugna latrocinio magis quam proelio similis
fieri, sine signis sine ordinibus equites peditesque permixtos cae-
dere alios alios obtruncare, multi contra advorsos acerrume pugnan-
tes ab tergo circumveniri; neque virtus neque arma satis tegere,

---

97.—99. Überfall des Marius durch Iugurtha und Bocchus.

97. 1. *postquam amiserat,* vgl. 11. 2.

2. *belli atque pacis rationes,* die Berechnung, ob ihm der Krieg oder der Frieden mehr einbringe. — *trahere,* vgl. 84. 4. — *proxumos,* vgl. 80. 3.

3. *Iugurtham accedit,* rückt heran, stößt zu Iugurtha. — *die,* vgl. 52. 3. — *victis,* = *si victi essent (forent).* — *munimento,* Dat. comm. neben *nullo impedimento,* ablat. qualit. — *quia erant,* vgl. 38. 9.

4. *sarcinas colligere.* Das Gepäck, das der einzelne Soldat persönlich für sich braucht — unser Tornister — muß er mit in die Schlacht nehmen. Zu beachten ist die durch *aut — aut — denique* verbundene Steigerung. — *signum ullum,* irgend ein auf den nahen Kampf bezügliches Zeichen, wie es vom Feldherrnzelt aus gegeben zu werden pflegte. — *acie,* in regelrechter Schlachtaufstellung.

5. *latrocinio,* Überfall von Straßenräubern. — *contra advorsos,* gegen die regellos Einfallenden. — *multi,*

quia hostes numero plures et undique circumfusi erant. denique Romani veteres novique et ob ea scientes belli, si quos locus aut casus coniunxerat, orbis facere atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant.
98 neque in eo tam aspero negotio Marius territus aut magis quam antea demisso animo fuit, sed cum turma sua, quam ex fortissumis magis quam familiarissumis paraverat, vagari passim ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostis, ubi confertissumi obstiterant, invadere; manu consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat.
2 iamque dies consumptus erat, cum tamen barbari nihil remittere atque, uti reges praeceperant, noctem pro se rati, acrius instare.
3 tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atque uti suis receptui locus esset, collis duos propinquos inter se occupat, quorum in uno castris parum amplo fons aquae magnus erat, alter usui opportunus, quia magna parte editus et praeceps pauca munimenta quaerebat.
4 ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare iubet, ipse paulatim dispersos milites neque minus hostibus conturbatis in unum contrahit, dein cunctos pleno gradu in collem subducit.
5 ita reges

---

ein weiterer Teil neben *alios* — *instructi*, in fester Aufstellung.

98. 1. *neque* — *aut magis quam antea*, ebenso wenig, als vorher. — *cum turma sua*, hier was sonst die *cohors praetoria*. — *quam familiarissumis*. Die *cohors praetoria* zählte häufig eine größere Anzahl nahe Befreundeter des Oberbefehlshabers als wirkliche Soldaten. — *obstiterant* (von *obsistere)*, sich entgegengestellt hatten, entgegen standen. — *manu consulere*, mit der Hand eingreifen, wie ein Soldat.

2. *noctem pro se rati*, daß die Nacht zu ihren Gunsten sein werde.

3. *trahit*, deutet auf die Schwierigkeit eines endgiltigen Entschlusses hin. — *quorum in uno castris parum amplo*, auf deren einem, während er . . . . nicht geräumig genug war . . . Gegensatz dazu *alter usui opportunus*, für das Aufschlagen des Lagers geeignet. — *pauca*, nur wenige. — *quaerebat*, hier = erforderte.

4. *paulatim*, zu *contrahit*. — *neque minus*, auch die Feinde waren nicht weniger in Verwirrung. Der Ablat. absol. bezeichnet den begleitenden Umstand zu *dispersos* — *contrahit*. — *pleno gradu*, in beschleunigtem Schritt. Der gewöhnliche Schritt, *militaris gradus*, legte ungefähr 30 Kilometer in 5 Sommerstunden zurück (die Sommerstunden waren länger, als die Winterstunden); der *plenus gradus* dagegen ungefähr 36 Kilometer in 5 Sommerstunden, also ungefähr 7 Kilometer in einer Sommerstunde. — *subducit*, führt sie den Hügel hinan. — *in collem*, d. i. *in alterum usui opportunum*.

loci difficultate coacti proelio deterrentur, neque tamen suos
longius abire sinunt, sed utroque colle multitudine circumdato
effusi consedere. dein crebris ignibus factis plerumque noctis 6
barbari more suo laetari exsultare strepere vocibus, et ipsi
duces feroces, quia non fugerant, pro victoribus agere. sed ea 7
cuncta Romanis ex tenebris et editioribus locis facilia visu magno-
que hortamento erant. plurumum vero Marius imperitia hostium 99
confirmatus quam maxumum silentium haberi iubet; ne signa
quidem, uti per vigilias solebant, canere. deinde ubi lux ad-
ventabat, defessis iam hostibus ac paulo ante somno captis, de
improviso vigiles, item cohortium turmarum legionum tubicines
simul omnis signa canere, milites clamorem tollere atque portis
erumpere iubet. Mauri atque Gaetuli, ignoto et horribili sonitu 2
repente exciti, neque fugere neque arma capere neque omnino
facere aut providere quicquam poterant: ita cunctos strepitu 3
clamore nullo subveniente, nostris instantibus tumultu formidine
terror quasi vecordia ceperat. denique omnes fusi fugatique,
arma et signa militaria pleraque capta, pluresque eo proelio
quam omnibus superioribus interempti. nam somno et metu in-
solito impedita fuga.

Dein Marius, uti coeperat, in hiberna proficiscitur, quae 100
propter commeatum in oppidis maritumis agere decreverat. neque
tamen victoria socors aut insolens factus, sed pariter atque in con-
spectu hostium quadrato agmine incedere. Sulla cum equitatu 2

---

5. *loci difficultate,* nachdem nämlich die Römer die Hügel beſetzt hatten. — *effusi,* in weiter, nicht geſchloſſener Linie.

6. *plerumque noctis,* vgl. 21. 2. — *pro victoribus agere,* wie Sieger thun, ſich als Sieger gebärden.

7. *ex tenebris,* von ihrem finſtern Lager aus.

99. 1. *signa canere,* vgl. 94. 5. Anders ſogleich *vigiles — signa canere iubet.* — *per vigilias,* die Nachtwachen hindurch, d. i. hier jeweils bei der Ablöſung von der einen zur andern der vier Nachtwachen. — *clamorem tollere,* den Schlachtruf, das Feldgeſchrei, das Hurra des Angriffs erheben.

3. *formidine,* vgl. 66. 2. — *metu insolito,* mitbezug auf *somno.* Mitten aus dem Schlaf aufgeſcheucht empfanden ſie zu recht ungewohnter Zeit eine plötzliche Furcht. Um ſolche Zeit in Furcht gejagt zu werden, war nicht gewöhnlich.

100. 101. Marius zieht in die Winterquartiere und ſtöſst bei Cirta auf Iugurtha und Bocchus.

100. 1. *uti coeperat,* vgl. 97. 3. — *quadrato agmine,* ähnlich wie 46. 6.

apud dextumos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus et
sagittariis, praeterea cohortis Ligurum curabat. primos et extre-
3 mos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. perfugae, minume
cari et regionum scientissumi, hostium iter explorabant. simul
consul quasi nullo imposito omnia providere, apud omnis adesse,
4 laudare et increpare merentis. ipse armatus intentusque item
milites cogebat. neque secus, atque iter facere, castra munire,
excubitum in portas cohortis ex legionibus, pro castris equites
auxiliarios mittere, praeterea alios super vallum in munimentis
locare, vigilias ipse circumire, non tam diffidentia fieri quae
imperavisset, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labor
5 volentibus esset. et sane Marius illoque aliisque temporibus Iu-
gurthini belli pudore magis quam malo exercitum coercebat.
quod multi per ambitionem fieri aiebant, pars a pueritia con-
suetam duritiam et alia, quae ceteri miserias vocant, voluptati ha-
buisse: nisi tamen res publica pariter ac saevissumo imperio bene
101 atque decore gesta. igitur quarto denique die haud longe ab
oppido Cirta undique simul speculatores citi sese ostendunt, qua

---

munito agmine, nach allen Seiten hin gedeckt.

2. *apud dextumos*, auf dem äußerſten rechten Flügel. — *primos et extremos*, an der Spitze und am Schluß des Zuges.

3. *minume cari*, Leute, die am wenigſten wert und doch . . . ſind. — *explorabant*, mußten auskundſchaften. — *quasi nullo imposito*, nämlich für Beſorgung der Einzelheiten in der Armee. *imponere*, aufſtellen. — *merentis*, wie es jeder verdiente.

4. *item milites cogebat*, nämlich *armatos intentosque esse*. — *atque iter facere*, = *atque iter faciebat*, als er marſchierte. — *excubitum*, auf die Wache. — *cohortis ex legionibus*, an die wichtigſten Punkte legte er Legionsſoldaten. — *ipse circumire*, machte ſelbſt die Runde bei. — *exaequatus*, wenn ſie gleichgemacht wäre. — *volentibus*, nach ihrem Willen, d. i. damit ſie willfähriger zur Arbeit wären, wenn etc.

5. *illoque aliisque temporibus Iugurthini belli*, in dieſem wie in andern Zeitpunkten des jugurthiniſchen Krieges. — *pudore*, durch das Ehrgefühl, indem ſie in Arbeitsluſt nicht zu Schanden werden wollten. — *malo*, hier Strafe. — *alia quae — vocant*, nämlich große Strapazen. — *nisi tamen*, vgl. 24. 5. Ob Marius ſo aus Ehrgeiz, oder aus Lebensgewohnheit gethan, kann ich nicht entſcheiden, wenn ich nicht jedoch das beifügen ſoll, daß etc. = indeſſen, mag dem ſein wie ihm wolle, das Gemeinweſen etc. — *saevissimo imperio*, in einer Regierung, wo man die ſtrengſten Strafen übte.

101. 1. *citi*, Prädikatszuſatz. —

re hostis adesse intellegitur. sed quia divorsi redeuntes alius 2
ab alia parte atque omnes idem significabant, consul incertus quo-
nam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato advorsum
omnia paratus ibidem opperitur. ita Iugurtham spes frustrata, 3
qui copias in quattuor partis distribuerat, ratus ex omnibus aeque
aliquos ab tergo hostibus venturos. interim Sulla, quem primum 4
hostes attigerant, cohortatus suos turmatim et quam maxume con-
fertis equis ipse aliique Mauros invadunt, ceteri in loco manentes
ab iaculis eminus emissis corpora tegere et, si qui in manus vene-
rant, obtruncare. dum eo modo equites proeliantur, Bocchus cum 5
peditibus, quos Volux filius eius adduxerat neque in priore pu-
gna in itinere morati adfuerant, postremam Romanorum aciem
invadunt. tum Marius apud primos agebat, quod ibi Iugurtha cum 6
plurumis erat. dein Numida cognito Bocchi adventu clam cum
paucis ad pedites convortit. ibi Latine — nam apud Numantiam
loqui didicerat — exclamat nostros frustra pugnare, paulo ante
Marium sua manu interfectum. simul gladium sanguine oblitum
ostendere, quem in pugna satis impigre occiso pedite nostro cruen-

---

intellegitur, hier unperſönlich = man ſieht deutlich.

2. *divorsi atque omnes idem significabant*, von verſchiedenen Richtungen her berichteten ſie, und zwar alle das nämliche. *redeuntes alias ab alia parte*, ergänzend zu *divorsi*, um ſchärfer hervorzuheben, daß von den verſchiedenen Seiten her das Gleiche gemeldet wurde. — *nullo ordine commutato*, ohne jede Änderung der Aufſtellung. Vgl. 100. 1. — *ibidem*, wo ihm die Meldungen zukamen.

3. *ex omnibus aliquos*, von allen ſeinen, in vier Abteilungen verteilten Leuten etwelche. — *aeque*. Er rechnete, daß in gleicher Weiſe eine oder die andere Abteilung, oder etwelche von dieſen Gelegenheit finden würden, dem Feind in den Rücken zu kommen. — *hostibus*, Dat. incomm.

4. *quem — attigerant*, auf der rechten Seite des römiſchen *agmen quadratum*. — *turmatim*, mit ganzen Schwadronen und zwar möglichſt enggeſchloſſen. — *ipse aliique*, er ſelbſt mit andern Turmenführern. — *ceteri*, alle übrige Reiterei, ſoweit ſie nicht zum Einfall in die feindlichen Reihen *(invadunt)* befohlen war.

5. *neque adfuerant* = *et qui non adfuerant*. — *in priore pugna*, vgl. 97—99.

6. *tum*, während des Reiterkampfes auf dem rechten Flügel und des Einfalls auf den Nachtrab. — *ad pedites*, nämlich *Bocchi*. — *convertere*, ſich wenden. — *clam*, ſo daß die Römer nicht merkten, daß er ſich auf eine andere Seite begab. — *Latine*, er rief lateiniſch, damit die im Nachtrab kämpfenden Römer es verſtünden, wenn er ausrief, im Vordertreffen ſei Marius gefallen. — *satis impigre* zu *occiso*, ganz unermüdlich.

7 taverat. quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei quam
fide nuntii terrentur simulque barbari animos tollere et in per-
8 culsos Romanos acrius incedere. iamque paulum a fuga abe-
rant, cum Sulla, profligatis eis, quos advorsum ierat, rediens
9 ab latere Mauris incurrit. Bocchus statim avortitur. at Iugurtha,
dum sustentare suos et prope iam adeptam victoriam retinere
cupit, circumventus ab equitibus dextra sinistra omnibus occisis,
10 solus inter tela hostium vitabundus erumpit. atque interim
Marius fugatis equitibus accurrit auxilio suis, quos pelli iam acce-
11 perat. denique hostes iam undique fusi. tum spectaculum hor-
ribile campis patentibus: sequi fugere occidi capi, equi atque
viri afflicti, ac multi volneribus acceptis neque fugere posse neque
quietem pati, niti modo ac statim concidere, postremo omnia, qua
visus erat, constrata telis armis cadaveribus et inter ea humus
infecta sanguine.

102 Post ea loci consul haud dubie iam victor pervenit in oppi-
2 dum Cirtam, quo initio profectus intenderat. eo post diem quin-
tum quam iterum barbari male pugnaverant legati a Boccho veniunt,
qui regis verbis ab Mario petivere, duos quam fidissumos ad eum
mitteret, velle de suo et de populi Romani commodo cum eis
3 disserere. ille statim L. Sullam et A. Manlium ire iubet. qui

---

7. *atrocitate rei,* das Schreckliche der gemeldeten Thatſache erſchütterte ſo ſehr, daß ſie nicht die Glaubwürdigkeit überlegten.

8. *paulum,* nur wenig noch.

9. *avortitur,* hier: wird geworfen. — *adeptam,* vgl. 17. 7. — *circumventus,* wird umringt, nachdem rechts und links . . . und. — *solus,* infolge von *omnibus occisis.*

10. *fugatis equitibus.* Nach dieſer Darſtellung war alſo auch die Spitze des römiſchen Zuges (vgl. oben 6) von Reiterei angegriffen worden.

11. *afflicti,* vgl. 60. 7. — *neque quietem pati,* konnten keine Ruhe finden. — *niti,* ſtrengten ſich an ſich aufzurichten.

102. Bocchus bietet Unterhandlungen an. Sulla wird als Unterhändler abgeſchickt.

102. 1. *post ea loci,* vgl. 63. 6. — *pervenit in,* er erreichte. — *initio* zu *intenderat.* Vgl. 100. 1.

2. *iterum,* in dem 100. 101. erzählten Kampf. Über den erſten unglücklichen Kampf vgl. 97—99. — *regis verbis,* vgl. 21. 4. — *ad eum,* im Sinne der Geſandten, ebenſo *velle eum disserere,* dagegen *de suo* im Sinne des Subjekts des eigenen Satzes. — *cum eis,* d. i. den beiden Abgeordneten.

3. *ingenium — accenderent,* bezeichnet näher den in *placuit verba facere* angedeuteten Auftrag des Marius. Mitbezug auf *velle — disserere*

quamquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere:
ingenium aut avorsum flecterent aut cupidum pacis vehemen-
tius accenderent. itaque Sulla, cuius facundiae, non aetati a 4
Manlio concessum, pauca verba huiuscemodi locutus.
,*Rex Bocche, magna laetitia nobis est, cum te talem virum* 5
di monuere, uti aliquando pacem quam bellum malles, neu te
optumum cum pessumo omnium Iugurtha miscendo commacu-
lares, simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter
te errantem atque illum sceleratissumum persequi. ad hoc po- 6
pulo Romano iam a principio melius visum amicos quam servos
quaerere, tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.
tibi vero nulla opportunior nostra amicitia, primum quia pro- 7
cul absumus, in quo offensae minimum, gratia par ac si
prope adessemus; dein quia parentis abunde habemus, ami-
corum neque nobis neque cuiquam omnium satis fuit. atque 8
hoc utinam a principio tibi placuisset: profecto ex populo Ro-
mano ad hoc tempus multo plura bona cepisses, quam mala
perpessus esses. sed quoniam humanarum rerum fortuna plera- 9
que regit, cui scilicet placuit et vim et gratiam nostram te ex-
periri, nunc, quando per illam licet, festina atque ut coepisti
perge. multa atque opportuna habes, quo facilius errata officiis 10
superes. postremo hoc in pectus tuum demitte numquam populum 11
Romanum beneficiis victum esse. nam bello quid valeat tute scis.‘
Ad ea Bocchus placide et benigne, simul pauca pro delicto 12

---

und *acciti* war es an den römiſchen Abgeordneten, zuerſt die Vorſchläge des Bocchus zu erfahren. — *avorsum* — *cupidum*, wenn er . . .

4. *concessum*, der Vorrang wurde gelaſſen.

5. *cum*, dadurch daß, mit dem Indikativ. — *necessitudinem*, Nötigung. — *persequi*, koordiniert mit *necessitudinem* zu *demeres*.

7. *offensa*, Anſtoß, Veranlaſſung zu Feindſchaft. — *gratia*, Gewogenheit, freundliche Geſinnung. — *fuit*, aoriſtiſches Perfekt. Man hat nie genug Freunde gehabt = man kann — haben.

8. *atque*, ſchließt eng an den vorhergegangenen Gedanken an: und deswegen wäre es gut geweſen, wenn du von Anfang an . . . . . = drum hätteſt du nur . . . — *perpessus esses*. Nebenſätze, die eng mit dem Konditionalſatz zuſammenhängen, nehmen den Modus des letztern an.

9. *quando* = *quandoquidem*, weil eben jetzt.

10. *multa atque opportuna*, viele und dazu recht günſtige Gelegenheiten. — *quo*, um deſto.

12. *placide*, entgegenkommend. — *pro*, zur Entſchuldigung.

suo verba facit: *se non hostili animo, sed ob regnum tutandum*
13 *arma cepisse. nam Numidiae partem, unde vi Iugurtham expulerit, iure belli suam factam, eam vastari a Mario pati nequi-*
14 *visse. praeterea missis antea Romam legatis repulsum ab amicitia. ceterum vetera omittere, ac tum, si per Marium*
15 *liceret, legatos ad senatum missurum.* dein copia facta animus barbari ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatione Sullae et Manli metuens id quod parabatur, donis corruperat.

103 Marius interea exercitu in hibernaculis composito cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur in loca sola obsessum turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnis praesidium
2 imposuerat. tum rursus Bocchus seu reputando quae sibi duobus proeliis venerant seu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit,
3 quorum et fides cognita et ingenia validissuma erant. eos ad Marium ac deinde, si placeat, Romam legatos ire iubet, agundarum rerum et quocumque modo belli componundi licentiam ipsis
4 permittit. illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur, deinde in itinere a Gaetulis latronibus circumventi spoliatique pavidi sine decore ad Sullam profugiunt, quem consul in expe-
5 ditionem proficiscens pro praetore reliquerat. eos ille non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed accurate ac liberaliter habuit. qua re barbari et famam avaritiae Romanorum falsam et
6 Sullam ob munificentiam in sese amicum rati. nam etiam tum

---

13. *unde — expulerit,* vgl. dagegen 97. 2. Bocchus will ſich durch dieſe Vorſpiegelung bei den Römern rechtfertigen. — *repulsum,* nämlich *se esse.* Vgl. 80. 4. 5.

15. *copia,* nämlich *mittendi legatos.* — *facta, a Mario.* — *id quod parabatur,* den Bocchus auf die Seite der Römer zu bringen.

103. 104. Geſandtſchaft des Bocchus im römiſchen Lager und in Rom.

103. 1. *in hibernaculis composito,* nachdem das Heer in den einzelnen Winterſtandorten ordnungsgemäß untergebracht war. — *sola,* vgl. 14. 7. — *praesidium,* als Beſatzung.

2. *rursus,* umgekehrt, d. i. im Gegenſatz zu der 102. 15 erwähnten Umſtimmung. — *ingenia validissima,* in Gefahren ganz unerſchütterliche Naturen.

3. *placeat,* nämlich *Mario.*

4. *sine decore,* ohne jede Auszeichnung ihrer Perſon als Geſandte. Sie waren den Räubern mit dem bloßen Leben entkommen (*profugerant*).

5. *pro hostibus habuit,* nahm ſie für . . . — *uti meriti erant,* durch ihr Ausſehen. — *accurate habuit,* behandelte ſie mit Aufmerkſamkeit, *liberaliter,* mit Höflichkeit. — *in sese,* zu *munificentiam.*

largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur nisi pariter volens, dona omnia in benignitate habebantur. igitur quaestori 7
mandata Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt uti fautor consultorque sibi adsit, copias fidem magnitudinem regis sui et alia, quae aut utilia aut benevolentiae esse credebant, oratione extollunt. dein Sulla omnia pollicito docti quo modo apud Marium, item apud senatum verba facerent, circiter dies quadraginta ibidem opperiuntur.

Marius ubi infecto quo intenderat negotio Cirtam redit 104
et de adventu legatorum certior factus est, illosque et Sullam ab Utica venire iubet, item L. Billienum praetorem, praeterea omnis undique senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit. legatis potestas Romam eundi fit ab consule, interea 2
indutiae postulabantur. ea Sullae et plerisque placuere, pauci ferocius decernunt, scilicet ignari rerum humanarum, quae fluxae et mobiles saepe in adversa mutantur. ceterum Mauri impetratis 3
omnibus tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rusone, qui quaestor stipendium in Africam portaverat, duo ad regem redeunt. ex eis Bocchus cum cetera tum maxume benignitatem et studium Sullae lubens accepit. Romae legatis eius, postquam 4
errasse regem et Iugurthae scelere lapsum deprecati sunt, amicitiam et foedus petentibus hoc modo respondetur: ‚*senatus et* 5
populus Romanus benefici et iniuriae memor esse solet. ceterum Boccho, quoniam paenitet, delicti gratiam facit: foedus et amicitia dabuntur, cum meruerit.‘

6. *etiamtum*, damals noch. — *largitio*, hier Beſtechung. — *pariter*, in gleicher Weiſe, wie er als *munificus* galt. — *volens*, wohlwollend. — *in benignitate habebantur*, wurden als Zeichen der Herzensgüte aufgenommen.

7. *et alia — extollunt.* Damit Sulla als *fautor consultorque* bei Marius eintrete, heben ſie alles hervor, was zugunſten des Bocchus ſprach: Macht, Treue, Größe des Königs und anderes, was ſie als für Sulla Nutzen verſprechend, oder als Zeichen des Wohlwollens ihres Königs (nämlich gegen Sulla) darſtellen konnten.

104. 1. *cognoscit*, nimmt zur Kenntnis, prüft.

2. *interea*, kurz = *ut interea essent.* — *ferocius*, hitziger, *decernunt*, ſtellen Anträge.

3. *Mauri.* Das gemeinſchaftliche Subjekt zu den beiden Prädikaten *profecti sunt — redeunt* wird für jedes derſelben genauer beſtimmt durch *tres — duo.* — *studium*, Wohlwollen.

4. *deprecati sunt*, ſie thaten Abbitte dafür, daß . . .

5. *delicti gratiam facere*, ein Vergehen nachſehen.

105 Quis rebus cognitis Bocchus per litteras a Mario petiverat
uti Sullam ad se mitteret, cuius arbitratu de communibus nego-
2 tiis consuleretur. is missus cum praesidio equitum atque pe-
ditum, item funditorum Balearium; praeterea iere sagittarii et
cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi causa,
neque his secus atque aliis armis advorsus tela hostium, quod ea
3 levia sunt, muniti. sed in itinere quinto denique die Volux filius
Bocchi repente in campis patentibus cum mille non amplius equi-
tibus sese ostendit, qui temere et effuse euntes Sullae aliisque
omnibus et numerum ampliorem vero et hostilem metum efficie-
4 bant. igitur se quisque expedire, arma atque tela temptare
intendere, timor aliquantus sed spes amplior quippe victoribus et
5 advorsum eos, quos saepe vicerant. interim equites exploratum
106 praemissi rem uti erat quietam nuntiant. Volux adveniens quae-
storem appellat dicitque se a patre Boccho obviam illis simul et
praesidio missum. deinde eum et proxumum diem sine metu
2 coniuncti eunt. post ubi castra locata et diei vesper erat, repente
Maurus incerto voltu pavens ad Sullam accurrit dicitque sibi
ex speculatoribus cognitum Iugurtham haud procul abesse; simul
3 uti noctu clam secum profugeret rogat atque hortatur. ille animo
feroci negat se totiens fusum Numidam pertimescere; virtuti suo-

---

105.—107. Sulla, abermals an Bocchus gesandt, entgeht mit seiner militärischen Bedeckung einem Anschlag des Iugurtha.

105. 1. *cuius* = *ut eius*. — *arbitratu*, unumschränkte Vollmacht.

2. *velitaria arma*, die Waffen der Leichtbewaffneten, ein kleiner runder Schild, sieben Lanzen zum Werfen und das kurze spanische Schwert. Die Peligner in Samnium, welche lange den Römern Widerstand geleistet hatten, kämpften nach ihrer Unterwerfung als besonders tapfere Soldaten im römischen Heere. — *armis*, Schutzwaffen, *tela*, Angriffswaffen. — *levia*, und deswegen schwächer.

3. *hostilem metum*, vgl. 41. 2. — *efficiebant*, hier in doppeltem Sinne: bezüglich der Zahl bewirkten sie den Schein, bezüglich der Folge wirkliche Furcht, wie wenn Feinde da wären.

4. *expedire*, fertig machen. — *temptare*, untersuchen, ob die *arma* zum Schutz in Ordnung sind; *intendere*, anspannen, die *tela* anlegen, ob zum Wurf nichts fehlt. — *advorsum*. gegenüber.

5. *rem uti erat quietam nuntiant*, berichten den Sachverhalt, wie er war, als einen friedlichen = daß in Wirklichkeit alles ruhig sei.

106. 2. *incerto voltu*, mit befangenem Blick. Sulla konnte bei der Mitteilung meinen, daß Volux Mitschuldiger sei.

3. *animo feroci*, der Gefahr trotzend,

rum satis credere; etiamsi certa pestis adesset, mansurum potius
quam proditis, quos ducebat, turpi fuga incertae ac forsitan
post paulo morbo interiturae vitae parceret. ceterum ab eodem 4
monitus uti noctu proficiscerentur, consilium approbat ac statim
milites cenatos esse, in castris ignis quam creberrumos fieri, dein
prima vigilia silentio egredi iubet. iamque nocturno itinere fessis 5
omnibus Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur, cum equi-
tes Mauri nuntiant Iugurtham circiter duum milium intervallo
ante eos consedisse. quod postquam auditum est, tum vero in- 6
gens metus nostros invadit: credere se proditos a Voluce et in-
sidiis circumventos. ac fuere qui dicerent manu vindicandum
neque apud illum tantum scelus inultum relinquendum. at Sulla, 107
quamquam eadem existumabat, tamen ab iniuria Maurum pro-
hibet. suos hortatur uti *fortem animum gererent: saepe antea
paucis strenuis advorsum multitudinem bene pugnatum; quanto
sibi in proelio minus pepercissent, tanto tutiores fore, nec
quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus
auxilium petere, in maxumo metu nudum et caecum corpus ad
hostis vortere.* dein Volucem, quoniam hostilia faceret, Iovem 2
maxumum obtestatus, ut sceleris atque perfidiae Bocchi testis
adesset, ex castris abire iubet. ille lacrumans orare *ne ea cre-* 3
*deret; nihil dolo factum ac magis calliditate Iugurthae, cui
videlicet speculanti iter suum cognitum esset. ceterum quo-* 4
*niam neque ingentem multitudinem haberet et spes opesque
eius ex patre suo penderent, credere illum nihil palam ausu-*

---

entſchieden. — *proditis,* unter Preisgebung. — *quos ducebat,* erläuternder Zuſatz des Schriftſtellers. In direkter Rede wird Sulla geſagt haben: *proditis meis.* — *mansurum potius quam parceret,* direkt: *manebo potius quam parcam.*

4. *cenatos esse,* mit dem Eſſen fertig ſein.

5. *duum milium,* vgl. 91. 3.

6. *tum vero,* jetzt erſt recht, nachdem ſchon vorher Verdacht geweſen war. — *apud illum,* ſonſt *in illo.*

107. 1. *ab iniuria Maurum prohibet,* ſchützt den Volux gegen Mißhandlung. — *qui manus armaverit,* der die Waffen in der Fauſt hat. — *nudum corpus.* Der Rücken iſt des Schildes entblößt.

2. *quoniam faceret,* im Sinn des den Iupiter anrufenden Sulla.

3. *ea,* ſolches, mitbezug auf den vorgeworfenen Verrat. — *ac magis,* inbezug auf *nihil dolo,* ſondern vielmehr, nämlich ſei es ſo gekommen. — *speculanti,* durch ſein Auflauern. — *cognitum esset,* bekannt geworden wäre.

4. *haberet,* nämlich Iugurtha. — *ex patre suo,* d. i. Bocchus. — *credere,* nämlich *se (Volucem).* — *illum,*

5 *rum, cum ipse filius testis adesset. qua re optumum factu videri per media eius castra palam transire. sese vel prae-*
6 *missis vel ibidem relictis Mauris solum cum Sulla iturum.* ea res uti in tali negotio probata. ac statim profecti, quia de improviso acciderant, dubio atque haesitante Iugurtha incolumes
7 transeunt. deinde paucis diebus quo ire intenderant perventum est.

108 Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine multum et familiariter agebat, praemissus ab Iugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator et subdole speculatum Bocchi consilia; praeterea Dabar Massugradae filius ex gente Masinissae, ceterum materno genere impar — nam pater eius ex concubina ortus
2 erat — Mauro ob ingeni multa bona carus acceptusque. quem Bocchus fidum esse Romanis multis ante tempestatibus expertus ilico ad Sullam nuntiatum mittit paratum sese facere quae populus Romanus vellet, colloquio diem locum tempus ipse delegeret, consulta sese omnia cum illo integra habere, neu Iugurthae legatum pertimesceret, quo [praesente] res communis licentius
3 gereretur: nam ab insidiis eius aliter caveri nequivisse. sed ego comperior Bocchum magis Punica fide quam ob ea, quae praedicabat, simul Romanum et Numidam spe pacis attinuisse multumque cum animo suo volvere solitum, Iugurtham Romanis an illi Sullam traderet, lubidinem advorsum nos, metum pro nobis
109 suasisse. igitur Sulla respondit pauca coram Aspare locuturum, cetera occulte aut nullo aut quam paucissumis praesentibus. simul

---

d. i. Iugurtha. — *ipse filius,* nämlich deſſen, von dem ſeine ganze Exiſtenz abhänge, d. i. des Bocchus.

6. *uti in tali negotio,* wie es in ſolcher Lage geboten ſcheine = in anbetracht der ſchwierigen Lage. — *acciderant,* ſie waren zu- d. i. eingefallen. — *transeunt,* durch ſeine Linien.

108.—111. Verhandlungen zwiſchen Sulla und Bocchus.

108. 1. *postquam — audierat,* nämlich Iugurtha. Dieſer war mißtrauiſch geworden. Zur Konſtruktion vgl. 11. 2. — *orator,* als Unterhändler. — *et speculatum,* und zugleich um . . . — *praeterea Dabar,* nämlich *agebat* (verkehrte). — *ex gente Masinissae.* Maſſugrada war wohl ein Sohn des Maſiniſſa und einer *concubina.* — *Mauro,* dem Bocchus.

2. *multis ante tempestatibus,* in vielen ſchon früher vorgekommenen Lagen. — *paratum sese facere,* er ſei bereit zu thun. — *consulta omnia,* alle früheren Beratungen (vgl. 102). — *integra,* in voller Geltung. — *sese habere,* er halte ſie aufrecht.

3. *comperior,* vgl. 45. 1. — *attinere,* hinhalten.

edocet quae sibi responderentur. postquam sicuti voluerat congressi, dicit se missum a consule venisse quaesitum ab eo pacem
an bellum agitaturus foret. tum rex, uti praeceptum fuerat, post 3
diem decumum redire iubet ac nihil etiamtum decrevisse, sed
illo die responsurum. deinde ambo in sua castra digressi sunt. 4
sed ubi plerumque noctis processit, Sulla a Boccho occulte accersitur. ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur, praeterea Dabar internuntius, sanctus vir et ex sententia ambobus;
ac statim sic rex incipit.

‚Numquam ego ratus sum fore uti rex maxumus in hac 110
terra et omnium, quos novi, privato homini gratiam deberem.
et mehercule, Sulla, ante te cognitum multis orantibus, aliis 2
ultro egomet opem tuli, nullius indigui. id imminutum, quod
ceteri dolere solent, ego laetor. fuerit mihi eguisse aliquando 3
pretium tuae amicitiae, qua apud animum meum nihil carius
habeo. id adeo experiri licet, arma viros pecuniam, postremo 4
quidquid animo lubet, sume utere et, quoad vives, numquam
tibi redditam gratiam putaveris, semper apud me integra erit;
denique nihil me sciente frustra voles. nam, ut ego aestumo 5

---

109. 1. *quae sibi responderentur,* was geantwortet werden solle, nämlich in Anwesenheit des Aspar.

2. *voluerat,* nämlich Sulla.

3. *praeceptum fuerat,* von Sulla. — *nihil etiamtum,* jetzt noch nichts.

4. *plerumque noctis,* vgl. 21. 2. — *sanctus vir,* ein Mann ohne Falsch. — *ex sententia,* vgl. 38. 4.

110. 1. *numquam ego ratus sum fore,* nie habe ich es für möglich gehalten, daß . . . — *privato homini:* Dem regierenden Fürsten gegenüber ist Sulla ein *homo privatus,* auch wenn er ein öffentliches Amt bekleidet; der Fürst wird dem einzelnen Mann gegenüber gestellt.

2. *ante te cognitum,* bevor du mir bekannt geworden bist. — *ultro* d. i. *non orantibus.*

3. *id imminutum,* daß eine solche günstige Lage geschwächt worden ist, d. i. sich geändert hat. — *fuerit — amicitiae,* möge mir endlich bedurft zu haben, der Preis deiner Freundschaft sein, d. i. möge endlich der Umstand, daß ich in die Lage gekommen bin zu bedürfen, mir der Preis deiner Freundschaft sein, um den Preis deiner Freundschaft übernehme ich gerne die Lage, deiner zu bedürfen. — *apud animum meum,* vgl. 106. 6.

4. *adeo,* vgl. 65. 3. — *id,* d. i. daß mir deine Freundschaft über alles geht. — *integra,* wenn du all' das meinige zu deinem Gebrauch genommen haben wirst, so wird mein Dank immer noch ganz sein, d. i. wird daran noch nichts gemindert worden sein, werde ich mich noch zu gleich großem Danke verpflichtet fühlen.

5. *nam,* schließt an *nihil frustra voles* an. Sullas *munificentia* will

regem armis quam munificentia vinci minus flagitiosum est.
6 *ceterum de re publica vostra, cuius curator huc missus es, pau-*
cis accipe. bellum ego populo Romano neque feci neque factum
umquam volui: at finis meos advorsum armatos armis tuta-
7 *tus sum. id omitto, quando vobis ita placet. gerite quod voltis*
8 *cum Iugurtha bellum. ego flumen Muluccham, quod inter me*
et Micipsam fuit, non egrediar neque id intrare Iugurtham
sinam. praeterea si quid meque vobisque dignum petiveris,
haud repulsus abibis.'

111 Ad ea Sulla pro se breviter et modice, de pace et de
communibus rebus multis disseruit. denique regi patefecit, *quod*
polliceatur, senatum et populum Romanum, quoniam armis
amplius valuissent, non in gratiam habituros. faciundum ali-
quid, quod illorum magis quam sua rettulisse videretur: id
adeo in promptu esse, quoniam copiam Iugurthae haberet.
quem si Romanis tradidisset, fore ut illi plurumum deberetur;
amicitiam foedus Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc
2 *ultro adventuram.* rex primo negitare, cognationem affinitatem,
praeterea foedus intervenisse. ad hoc metuere ne fluxa fide usus
popularium animos avorteret, quis et Iugurtha carus et Romani

---

Bocchus nicht unvergolten laſſen. Denn durch *munificentia* ſich übertreffen laſſen iſt ſchmählicher, als den Waffen unterliegen.

7. *id,* in emphatiſcher Stellung: doch das. — *quando,* vgl. 102. 9.

8. *id,* d. i. *flumen.* — *intrare,* über den Fluß in das Gebiet des Bocchus eintreten.

111. 1. *pro se,* für ſeine Perſon, die Bocchus vorher 3. 4. berührt hat. — *modice,* maßvoll, Gegenſatz zu *superbe.* — *patefecit,* er eröffnete ihm, bezeichnet die Entſchiedenheit. — *quod,* Objekt zu *polliceatur.* Vgl. vorher 7. 8. — *quoniam* — *valuissent.* Der Sieger braucht ſich nicht mit Verſprechungen zu begnügen. — *in gratiam habere,* zu Dank haben, = als etwas Dankenswertes anſehen. — *illorum,* d. i. *Romanorum.* — *sua,* inbezug auf das bei *faciundum esse* ausgelaſſene *ei, Boccho.* — *refert,* es liegt im Intereſſe. — *in promptu esse,* bei der Hand ſein. — *copiam Iugurthae,* Gewalt über Iugurtha. — *quem si,* wenn er daher dieſen . . . — *ultro,* ohne weitere Anſtrengung.

2. *negitare,* entſchieden und wiederholt nein ſagen, verweigern. — *cognationem,* hier wohl nur Stammverwandtſchaft. Von einer unmittelbaren Blutsverwandtſchaft iſt nichts bekannt. — *affinitatem,* vgl. 80. 6. — *praeterea foedus,* außerdem ein förmlicher Vertrag. — *intervenisse,* ſei dazwiſchen getreten, d. i. beſtehe als Hindernis zwiſchen ihm und der römiſchen Forderung. — *fluxa,* unbeſtändig. Er kann ſich nur auf eine unbeſtändige Treue ſeiner Landsleute ſtützen, die dem Iugurtha zugethan,

invisi erant. denique saepius fatigatus lenitur et ex voluntate 3
Sullae omnia se facturum promittit: ceterum ad simulandam pacem, 4
cuius Numida defessus bello avidissumus erat, quae utilia visa
constituunt. ita composito dolo digrediuntur.

At rex postero die Asparem Iugurthae legatum appellat dicit- 112
que sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse condicionibus
bellum poni: quam ob rem regis sui sententiam exquireret. ille 2
laetus in castra Iugurthae proficiscitur; deinde ab illo edoctus
cuncta properato itinere post diem octavum redit ad Bocchum
et ei denuntiat Iugurtham cupere omnia quae imperarentur facere,
sed Mario parum confidere: saepe antea cum imperatoribus Ro-
manis pacem conventam frustra fuisse. ceterum Bocchus si am- 3
bobus consultum et ratam pacem vellet, daret operam ut una
ab omnibus quasi de pace in colloquium veniretur ibique sibi
Sullam traderet. cum talem virum in potestatem habuisset, tum
fore uti iussu senatus aut populi foedus fieret, neque hominem
nobilem, non sua ignavia sed ob rem publicam, in hostium po-
testate relictum iri. haec Maurus secum ipse diu volvens tan- 113
dem promisit, ceterum dolo an vere cunctatus parum comperimus.
sed plerumque regiae voluntates ut vehementes sic mobiles, saepe

---

den Römern abgeneigt ſind. — *quis — erant,* erläuternder Zuſatz des Schriftſtellers.

3. *fatigatus,* vgl. 11. 4. — *lenitur,* läßt ſich erweichen.

4. *cuius,* bezieht ſich nur auf *pacem,* nicht auf *simulandam pacem.* Bocchus will zum wirklichen Frieden kommen, während Iugurtha durch einen erheuchelten ins Netz gefangen werden ſoll.

112. Unterhandlungen zwiſchen Bocchus und Iugurtha.

112. 1. *condicionibus,* unter Bedingungen.

2. *denuntiat,* ſchärfer als *nuntiat,* er kündigt ihm im Auftrage Iugurthas an. — *conventam.* Bisweilen wird vor intranſitiven Verben ein paſſives Participium gebraucht. *pax conventa,* ein Friede, über den man übereingekommen iſt, ein vereinbarter Friede.

3. *ab omnibus,* d. i. von allen dreien. — *ibique,* und hierbei. — *in potestatem habere,* ähnliche Verbindung wie 111. 1. *in gratiam habere,* in ſeine Gewalt bekommen; daher auch nicht *haberet.* — *non sua ignavia sed ob rem publicam,* eine Brachylogie: ein Mann, der nicht durch perſönliche Feigheit, ſondern für den Staat in Gefangenſchaft geraten ſei, werde nicht in der Gewalt des Feindes belaſſen werden.

113. 114. Bocchus liefert den Iugurtha an Sulla aus.

113. 1. *promisit,* ſtellte die Erfüllung in Ausſicht. — *cunctatus,* nämlich *sit,* ob der Grund ſeines Zögerns irgend eine Liſt oder wirkliche Unſchlüſſigkeit war. — *sed* ſchließt an *dolo an vere* an, um anzudeuten, nach welcher Seite hin man wohl das Zögern aufzunehmen habe. —

2 ipsae sibi advorsae. postea tempore et loco constituto in collo-
quium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo modo Iugur-
thae legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceri.
3 illi pariter laeti ac spei bonae pleni esse. sed nocte ea, quae
proxuma fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis
amicis ac statim immutata voluntate remotis ceteris dicitur secum
ipse multum agitavisse, voltu colore pariter atque animo varius:
4 quae scilicet tacente ipso occulta pectoris patefecisse. tamen
postremo Sullam accersi iubet et ex illius sententia Numidae
5 insidias tendit. deinde ubi dies advenit et ei nuntiatum est
Iugurtham haud procul abesse, cum paucis amicis et quaestore
nostro quasi obvius honoris causa procedit in tumulum facillumum
6 visu insidiantibus. eodem Numida cum plerisque necessariis suis
inermis, uti dictum erat, accedit, ac statim signo dato undique
simul ex insidiis invaditur. ceteri obtruncati, Iugurtha Sullae
vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est.

114 Per idem tempus advorsum Gallos ac ducibus nostris Q. Cae-
2 pione et Cn. Manlio male pugnatum. quo metu Italia omnis con-
tremuit. illique et inde usque ad nostram memoriam Romani sic
habuere, alia omnia virtuti suae prona esse, cum Gallis pro sa-
3 lute non pro gloria certari. sed postquam bellum in Numidia
confectum et Iugurtham Romam vinctum adduci nuntiatum est,
Marius consul absens factus est et ei decreta provincia Gallia;
4 isque Kalendis Ianuariis magna gloria consul triumphavit. et ea
tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae.

---

ipsae sibi advorsae, mit ſich ſelbſt im Widerſpruch, woher denn das Zögern kommt.

2. *benigne habere,* freundlich begegnen, behandeln.

3. *remotis ceteris,* alle, die um ihn waren. — *quae,* dieſe Erſcheinungen. Aus *dicitur* iſt das Verbum *dicendi* für den Acc. c. Inf. zu entnehmen.

4. *ex sententia,* vgl. 38. 4.

6. *inermis.* Wenn feſtgeſetzt war *(dictum erat),* daß man ohne Waffen zu der Unterredung komme, ſo ſchließt *inermis* ſelbſtverſtändlich auch die Begleitung des Iugurtha in ſich. Er war mit ſeinen Verwandten ohne Waffen.

114. 1. *per idem tempus,* i. J. 105 v. Chr. — *Gallos,* d. i. die in Verbindung mit andern germaniſchen Scharen nach Gallien vorgedrungenen Cimbern. Die Schlacht fand bei Arauſio am Rhodanus im narbonnenſiſchen Gallien ſtatt.

2. *illique et inde — Romani,* ſowohl jene Römer, welche dort kämpften, als alle Römer von dieſer Zeit an bis auf unſere Tage. — *virtuti prona,* leicht für die Tapferkeit.

3. *absens,* gegen Geſetz und Übung.